

SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

BIONIS SMYRNAEI

EPITAPHIUS ADONIDIS.

Edidit

Henricus Ludolfus Ahrens.

Vendit B. G. Teubner.

Lipsiae 1854.

Hannoverae. Typis Culemannianis.

Praefatio.

Bucolicorum Graecorum majorem editionem parans programmatis scholastici occasione usus sum, ut hoc quasi specimen hominibus doctis proponerem. Quanquam non in animo est totum opus eadem ratione persequi. Nam, ut haec potissimum commemorem, primum ingentem farraginem variarum lectionum e codicibus manuscriptis non omnem subjiciam, sed optimorum librorum lectiones, quae quidem e variis collationibus cognitae sunt, integras, reliquorum selectas. Deinde editionum Aldinae (utriusque, in quibus partibus exemplaria differunt), Juntinae, Calliergianae, quas ipse diligenter contuli, integram varietatem addam, reliquas vero editiones in Varia Lectione non commemorabo, praeterquam si cui lectio a me recepta debetur.

Cognoscetur autem ex hoc specimine, ad Bucolicos emendandos me et novis subsidiis instructum accedere iisque partim egregiis et iis, quae jam prioribus editoribus praesto fuerunt, antiquas potissimum editiones dico, multo diligentius usum. Comparetur quaeso noster apparatus criticus cum eo, qui a Gaisfordio vel ab Hermanno propositus est. Et scriptiunculae hujus majore parte jam typis expressa accessit duorum codicum Vaticanorum 11. et 18. (vid. p. 14) collatio a Freiburgero secundum ed. Weis. confecta, quam infra subjiciam.

Intelligetur deinde, quo judicio critici Bucolicos, quantum fieri potest, in integritatem restituturi partes tuear. Qua

in re minime vulgare illud genus criticorum secutus sum, qui sibi cauti esse videntur, quum vulgatae lectioni undeunde ortae adhaerent neque hanc, nisi critico aliquo multi nominis auctore, relinquere audent. Neque cum iis facere poteram, qui optimum aliquem librum ita exprimendum ducunt, ut nisi gravissimis de causis ab ejus fide non recedant. Hoc enim tum demum recte fit, si optimus aliqui codex superstes est; Bionei vero carminis, quod nunc edidimus, omnes codices corruptissimi sunt, librorum autem Theocriteorum quidam sane meliores, sed nullus vere bonus. Itaque primum summa diligentia id agendum censui, ut grammaticulorum et primorum editorum correctionibus propulsis librorum paullo integriorum lectiones, corruptas quidem saepissime, sed a genuina poëtae manu minus remotas, pro fundamento haberem; deinde vero, ut priorum criticorum ope meoque quantulocunque ingenio usus e corruptelis librorum meliorum veras lectiones restituere conarer. Reliqui autem nihil, quod poëta indignum esse persuasum haberem, et aliquoties conjecturas, quae audaciores videri possint, admittere malui quam bono poëtae, id quod mihi quidem audacissimum esse videtur, ineptiora concedere.

Addenda et Corrigenda.

A. In verbis poëtae:

Vs. 84. leg. πέδιλλον.

B. In Varia Lectione:

4. δειλέα 11.
5. στῆθεα 11. 18.
8. ὀδόντα 18. — ἀνιεῖ 11., ἀνιῇ 18.
11. χείλευς 23. 11. 18.
12. καί om. 11. — ἀποίσει 11. 18.
13. ζώοντες (superscr. o a sec. man.). — ἄρεσκεν 11.
14. οἶδεν (11. 18.)

18. κῦνες οδύραντο 11.

19. ὀριάδες 11.

20. πλοκαμίδας 11. 18., δρυμοὺς 11., δρυμὼς (18.) — ἀλαλεῖται 11. 18.

22. κείρουσι 11., κείροντι (18.). In schedula, ubi Bethmannus e cod. 23. paginarum primos et ultimos quosque versus fugiente calamo indicavit, scriptum est κηροισι et δρεποντι, quo meum κείροισι paullulum firmatur. — Pro *v. (Z)* leg. *r. (Z.)*.

23. ἄγγεα et φέρεται 11. In schedula illa Bethmanni e cod. 23. est κωκύοισα, ut cum Brunckio scripsi.

24. ποσὶ καὶ πόδα 11.

26. στάθεα 11., στήθεα (18.).

27. τὸ πάροιθεν (11. 18.).

31. τὰν κύπριν αἴ αἴ 11.

32. ὥρια 11. 18. — αἴ τὸν 11.

33. κλαίουσι 11. 18. — τῆς ἀφροδίτης 18.

34. ὄρεσι 11., οὔρεσι 18.

35. ἐρυθραίνεται 11., ἐρυθαίνεται (18.). — κυθήρη 11. 18.

36. ἀνακναμῶσ' 11. 18., ἀνάπαλιν ἀποσοικτρὰν ἀείδη 11., ἀνάπαλιν ἀποικτρὸν ἀείδη 18. — Dele verba *„quam — invenerat"*, quum Lenzius in eam emendationem post Wakefieldium inciderit.

37. αἴ αἴ τὰν νότον ἀπάλετο 11.

39. αἰνὸν cum v. l. καλὸν 11. ἂν deest 11.

42. πάχέας 11.

44. καὶ χείλεα καὶ χείλεσι 11.

45. φύλασσον 11.

46. φιλασσον ὅσσον 11. — — ζώη 11. 18.

47. κῦσ' 11.

48. ῥεύση (11.), ῥεύσει 18.

50. ὥς αὐτὸν 11., ὥς σ' αὐτὸν 18. — τὸν om. 11. — δύσμορφε 11.

52. ἄδ' ἀταλ. 11.

53. θεός ἐμμι jam Crispinus dedit in ed. I. a. 1569, quam nuper nactus sum.

55. κρέσσων (11. 18.). — πάγκαλον 11. 18. — καὶ ἄρρει 11. 18.

57. κλέω 11.

59. δ' ἡ κυθέρηα κἄνοὶ 11. — δῶμα 11. 18.

61. τοσοῦτον ἔμηνας θηρὶ 11., (ἐμήναο) θηρι 18.

64. ἀπαφύη 11., παφίη 18. — τόσσον ἐγχέει ὅσον 11., τόσον ἐγχέει 18.

65. γίνεται 11.

66. τὴν 18.

68. μήρεο 11.

69. ἐρήμα 11. 18.

70. λέκτον — τόσσον νῦν δὲ νεκρὸς 11. (etiam codicis 23. collatio iterum inspecta libro

νεκρὸς vindicare videtur), (τόδε νεκρὸς) ἄδωνι 18.

72. κάτθεό νιν (11. 18.) — οἱ ἐνιαῦεν 11., οἳ ἐνιαῦεν 18.

74. ποθεῖ 11., πόθει τὸν 18.

76. ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη 18. (sic collatio, quae videtur eandem lacunam significare voluisse, quae est in M. K. c.)

77. μύροισιν ἀλίφασι 11., καλοῖσιν (18.). — μύροισι 11., μύροισιν 18.

78. ὀλύσθω μῦρα — μῦρον ωλ^θετ' 11.

82. ὀϊστός 11.

83. ὅς δ' επτερον ὅς δὲ 11., (ὅς δ') εὔπτερον αὖ γε 18. — φαρέτρην 11. 18.

84. πέδιλλον 18. — λέβητος 11., λέβησι 18.

85. χρυσίη φορίησιν 11., χρυσέοις φορέοισιν 18. — λύει 11.

89. φιαῖς ὑμεναίοις 11. 18.

90. καμήλιον 18. superscripto γ. — δοίμαν 11. 18.

91. ὕμ et in marg. ὅμη' 11., ὑμὴν 18. — οὐκέτ' 11., οὐκ ἔτ' (18.). — ἄειδον νέον 11., ἀεδονέος 18. — ἄλλεται αἴ αἴ 11. 18.

92. αἴ ὑμέναιον 11. 18.

93. κλέοντι 18.

95. δεξολέγοντι 11., δοξολέγοντι 18.

96. μοῖραι 11. 18. — ἀνακλαίοισιν 11. et 18. marg. ubi in textu ἀνακλέοισαι linea inductum est.

97. σφιν 11., σφῖν 18.

98. κόρα 18.

99. κώμων 11. 18.

100. δεῖσε 11. superscripto ι — ἄλλο om. 18.

C. In reliquis:

Pag. 16. l. 9. Editionem Gourmontianam e bibliotheca Gottingensi nactus sum.

Pag. 19. l. 20. seqq. Nunc videor mihi demonstrare posse, codicem r. post editam Aldinam scriptum esse, quo intellecto etiam de Aldinarum fide paullo aliter judicandum esse videtur.

Pag. 20. l. 8. infr. leg. *interpretatio* pro *lectio*.

Pag. 28. l. 3. Pro *visura* leg. *futura*.

Pag. 44. Aeolismi nova quaedam documenta in Addendis ad Var. Lect. attulimus. Maxime notabile est Aeolica forma πέδιλλον vs. 84., vid. Dial. Aeol. p. 58, quam servavit cod. 18.

Pag. 59. extr. ad Vs. 35. Quum illa scribebam ipse Manetho non ad manus erat. Quo postea perlustrato vidi, formam Κυθέρη his locis legi II, 460. 475. III, 72. 333. VI, 116. 376. 491. 681. IV, 126. 597., Κυθήρη vero II, 273. III, 176. VI, 129. 301. 518. 723. I, 18. 261. V, 250. Itaque quum librorum II. III. VI. auctor Köchlyo judice sub Severo Alexandro vixisse videatur, formae Κυθήρη usus, quanquam Bione multum recentior, aliquanto tamen antiquior est quam existimaveram.

BIONIS SMYRNAEI

EPITAPHIUS ADONIDIS.

Edidit

Henricus Ludolfus Ahrens.

BIONIS SMYRNAEI

EPITAPHIUS ADONIDIS.

Edidit

Henricus Ludolfus Ahrens.

Vendit B. G. Teubner.

Lipsiae 1854.

Hannoverae. Typis Culemannianis.

πενθαλέα νήπαστος ἀσάνδαλος, αἱ δὲ βάτοι νιν
ἐρχομέναν κείροισι καὶ ἱερὸν αἷμα δρέπονται·
ὀξὺ δὲ κωκύοισα δι' ἄγκεα μακρὰ φορεῖται,
Ἀσσύριον μαιῶσα πόσιν καὶ πολλὰ καλεῦσα.
ἀμφὶ δέ μιν μέλαν εἷμα παρ' ὀμφαλὸν αἰωρεῖται,
στήθεα δ' ἐκ χειρῶν φοινίσσεται, οἱ δ' ὑπὸ μαζοὶ
χιόνεοι τὸ πάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύρονται.
αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν ἐπαιάζοισιν Ἔρωτες.

Ὤλεσε τὸν καλὸν ἄνδρα, συνώλεσεν ἱερὸν εἶδος.
Κύπριδι μὲν καλὸν εἶδος, ὅτε ζώεσκεν Ἄδωνις·

---

21. νήπαστος] scr., νήπλεκτος vulg., νήπεκτος Br. Wak., νήπεπλος Am. Herm. e conj. Bergkii. — νὶν Call., βάτινιν Z.

22. κείροισι] scr., κείρουσι 23. M. K. c., κείροντι v. (Z) Ald. I. II. Iunt. Br. seqq. (*scindunt* Div.), τειροντι Im. Call. vulg. — In Ald. I vox ἐρχομέναν extremum versus locum tenet, *scindunt et sacrum sanguinem decerpunt venientem* Div.

23. κωκύοισα] Br. Herm., κωκύουσα vulg., κωκυούσα Ald. I. — ἄγκεα] Ald. II. vulg. (*valles* Div.), ἄγγεα 23. M. K. c. Ald. I. Iunt. Call. — φέρεται superscripto η 23., φέρηται Ald. I.

24. μαιῶσα] scr., βοόωσα vulg., βόοωσα Ald. I., γοόωσα Wak. — ποσὶ Ald. I. — πολλὰ] Herm., πόδα 23., παῖδα vulg. — In M. K. ante πόσιν distinctum. — Post h. v. Herm. inseruit v. int. αἰαῖ τὰν Κυθέρειαν· ἐπ. Ἔρ., deinceps lacunam sex versuum indicavit.

25. νιν Wak. Am. Herm. — εἷμα] scr., αἷμα vulg. — αἰωρεῖται] scr., αἰωρεῖτο Im. mg., ἠωρεῖτο antt. Steph. II. Vulc. Wak., ᾐωρεῖτο vulg.

26. στήθεα] M. K. Am. post Weisium, στάθεα 23. vulg. — χειρῶν] scr., μηρῶν vulg., μηρῶ Wak. e conj. cujusdam ap. Valck. — φοινίσσεται] K. pr. m., φοινίσσετο vulg. — ὑπὸ μαζοὶ] Am. e mente Lobeckii, ut jam Eob. Hessus voluerat, ὑπομαζοὶ Im. mg. et vulg., οἳ δ' ὕπο μαζοὶ Herm.

27. τὸ πάροιθεν] (23. M.) Ald. I. Iunt. Urs. Valck. seqq., τοπάροιθεν vulg. — πορφύρονται] scr., πορφύροντο vulg., πορφύραντο Ald. I.

28. αἰαῖ] Mein. Am. Herm. pro αἶ αἶ, et ita in rell. — ἐπαιάζοισιν] scr. pro ἐπαιάζουσιν. — Post Κυθ. antt. Urs. nihil distinctionis habent, vulg. comma, Herm. punctum praeeunte Longopetraeo.

29. ἱερὸν ὕδωρ K. pr. m.

30. ὅτι r. Z. Ald. I. II. Iunt., ὅκα Br.

κάτθανε δ' ἁ μορφὰ σὺν ῾Αδώνιδι. τὰν Κύπριν αἰαῖ
ὤρεα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες αἰαῖ ῞Αδωνιν·
καὶ ποταμοὶ κλαίοισι τὰ πένθεα τᾶς ᾿Αφροδίτας,
34. καὶ παγαὶ τὸν ῞Αδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι·
36. πάντας ἀνὰ κναμώς, ἀνὰ πᾶν νάπος οἰκτρὰ ἀηδών
37. αἰάζει νέον οἶτον ἀπώλετο καλὸς ῞Αδωνις.

---

35. ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυθαίνεται· ἁ δὲ Κυθήρη

38. ᾿Αχὼ δ' ἀντεβόασεν, ἀπώλετο καλὸς ῎Αδωνις.

---

31. κἀτθανέ γ' c. — δ' ἄμορφα 23. — ῾Αδ. Heins. hic casu. — τὰν Κύπριν] 23. Ald. I. (*Venerem heu heu* Div.), Κύπριδος vulg. — Vulgo punctum est in f.v., in Ald.I, quam Eob. Hessus secutus est, post Κύπριδος, et ita Am. Herm. suadente Wakefieldio; in 23. Ald. I. Iunt. neutro loco distinctum. Ipse distinxi cum Divo.

32. ὥρια 23., ὤρια M. — καὶ αἶ Herm. e conj. Ameisii et Bergkii. — αἰαῖ] scr., *quercus heu heu Adonin* Div., αἳ τὸν vulg., αἱ super αἰ Im., ἂν τὸν 23., αὐτὸν c., αἶ τὸν Am. Herm.

33. κλαίοισι] scr., κλαίουσι 23. M. Z. vulg., κλαίοντι Br. seqq. praeter Mein. κλέοντι superscr. αι K. — τῆς ᾿Αφροδίτης M.

34. ὄρεσι 23., οὔρεσι M. K. Z. antt. Urs.

35. ἐρυθαίνεται] (23.) Iunt. Wint. seqq. praeter Herm., qui ῥυσαίνεται dedit, ἐρυθραίνεται M. K. Z. Im. mg. vulg. — Κυθήρη] 23. M. K. Z. vulg., Κυθήρα Br. seqq. — Versum ut spurium ejeci.

36. ἀνακναμῶσ' 23. M. Ald. I. ἀνακαμῶσ' K. — ἀνὰ πᾶν νάπο'ς οἰκτρὰ ἀηδών] scr., ἀνάπαλιν ἀποσοικτρὰν ἀείδειν 23., ἀνάπαλιν ἀποικτρὸν ἀείδειν M., ἀνάπαλιν ἐπ' οἰκτρὸν ἄειδε K., ἀνάπαλιν ἀπό ἀείδει Ald. I, καὶ ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει Z. Ald. II. vulg., ἀνά πᾶν νάπος οἰκτρὸν ἀείδει Wak. Mein. Am., quam emendationem teste Schaefero etiam Lenzius invenerat, πᾶν ἂν νάπος οἰκτρὸν ἀϋτεῖ Herm. (ἀϋτεῖ e conj. Luzacii; πᾶν ἂν νάπος olim flagitaverat V. D. in Ephemm. Ienn. 1797. II. p. 149.)

37. αἰάζει νέον οἶτον] scr., αἲ αἲ τὰν νότον 23., αἲ αἲ τὰν Κυθέρειαν vulg. — Versum vulgo pro intercalari habitum Wak. Am. Heskino auctore (cui olim Vit. Winsemius praeiverat) distinguendo Veneri vindicarunt, Herm. vero post vs. 38 transposuit.

38. ἀντεβόασεν] Im. vulg. ἀντεβόησεν Ald. I. Iunt. — Versus in 23. a sec. manu additus, quem ut spurium ejeci.

Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα τίς οὐκ ἐκλαύιεν αἰαῖ;
ὡς ἴδεν, ὡς ἐνόησεν Ἀδώνιδος ἄσχετον ἕλκος,
ὡς ἴδε φοίνιον αἷμα μαραινομένῳ περὶ μηρῷ,
πάχεας ἀμπετάσασα κινύρετο · μεῖνον Ἄδωνι,
δύσποτμε μεῖνον Ἄδωνι, πανύστατον ὥς σε κιχείω,
ὥς σε περιπτύξω καὶ χείλεα χείλεσι μίξω.
ἔγρεο τυτθὸν Ἄδωνι, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλησον,
τοσσοῦτόν με φίλησον, ὅσον ζώει τὸ φίλημα,
ἄχρις ἀπὸ ψυχᾶς ἐς ἐμὸν στόμα κεὶς ἐμὸν ἧπαρ
πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ, τὸ δέ σευ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω,
ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα, φίλημα δὲ τοῦτο φιλήσω
ὡς σ' αὐτὸν τὸν Ἄδωνιν, ἐπεὶ σύ με δύσμορε φεύγεις,

---

39. ἐκλαύιεν] scr., ἔκλαυσεν 23. Ald. I. (*flevit* Div.), ἔκλαυσεν ἂν vulg., αἰαῖ ἀνέκλαυσεν Herm. — Interrogationis signum, quod Winsemio et Stephano praeeuntibus vulgo ante αἴ αἴ legebatur, Am. et Herm. deleverunt, ille in f. v. transferens, ubi hic vulgatum punctum in diastolen mutavit.

40. ἐνόασεν Br. Wak. — ἀδώνιδως Iunt. — ἔλκος Ald. II.

41. πέρι Wint.

42. 43. πάχέας (η superscr.) 23., παχέας Ald. I. πήχεας K., πάχεε δ' Herm. — ἄδονιν K. pr. m. — In Ald. I. II. major distinctio post prius Ἄδωνι et δύσποτμε, in Iunt. Call. post solum δύσποτμε, cujus loco Div. vulg. diastole, quam omittit Brub. I. Commate post prius Ἄδωνι posito vocem δύσποτμε ad sequentia traxerunt Vit. Winsemius, Crispinus, Wint. seqq. praeter Valck.

44. ὥς σε Ald. I. — περιπτήξω r. superscr. et Im. mg., περισμήξω r. pr. Z. Ald. II.

45. 46. τιτθὸν K. τόδ' αὖ Am. — φίλησον bis] scr., φίλασον vulg., φίλασσον 23. — ὅσσον 23. — ζώει] Call. vulg., ζώη 23. M. K. c. Im. mg. Z. Ald. II. Iunt. Br. Wak., ξώη Ald. I., *vival* Div. — φίλημα] φίλαμα (η superscr.) K., φίλαμα Im. mg. vulg.

47. ψυχᾶς] Br. Am. Herm., ψυχῆς vulg. — κεῖσ' superscripto ῦ 23., κῦσ' Z. Ald. I. II. (*usque ab anima in meum os osculare meum jecur* Div.) κ' εἰς Iunt. Urs., κὴς Mein. jubente Brunckio.

48. σέθεν pro τεὸν Herm. — ῥεύσῃ Iunt., ῥεύσει (η superscr.) 23., ῥεύσει M. K. c. Im. mg. Ald. I. II. Call. Wak., ῥευσεῖ Br. — δέ σευ] Urs. Mein. (in Corrig.) Am., δὲ σεῦ vulg. — ἀμελξῶ Br.

49. φίλημα] scr., φίλαμα vulg. φιλήσω] scr., φυλάξω vulg., φιλάξω Vulc., φυλαξῶ Br.

50. ὡς σ'] c., ὥς σ' 23. M., ὡς vulg., εἰς Im. Z. Ald. I. II., *in ipsum Ad.* Div. — Punctum vel colon, quod vulgo in f. v. erat, Wint. Wak. Herm. in comma mutarunt,

φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι, καὶ ἔρχεαι εἰς Ἀχέροντα
πὰρ στυγνὸν βασιλῆα καὶ ἄγριον· ἁ δὲ τάλαινα
ζώω καὶ θεός ἔμμι καὶ οὐ δύναμαί σε διώκειν:
λάμβανε Περσεφόνα τὸν ἐμὸν πόσιν. ἐσσὶ γὰρ αὐτά
πολλὸν ἐμεῦ κρέσσων, τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἐς σὲ καταρρεῖ.
ἔμμι δ' ἐγὼ πανάποτμος, ἔχω δ' ἀκόρεστον ἀνίαν,
καὶ κλαίω τὸν Ἄδωνιν, ὅ μοι θάνε, καὶ σεσόβημαι.
θνάσκεις ὦ τριπόθητε, πόθος δέ μοι ὡς ὄναρ ἔπτη.
χήρα δ' ἁ Κυθέρηα, κενοὶ δ' ἀνὰ δώματ' Ἔρωτες.
σοὶ δ' ἅμα κεστὸς ὄλωλε . τί γὰρ τολμαρὲ κυναγεῖς;
καλὸς ἐὼν τί τοσοῦτον ἐμήναο θηρὶ παλαίειν;

---

ut jam olim Eob. Hessus et Winsemius.

51. ἔρχεαι] M. K. Z. vulg. οἴχεαι Br. Wak. e conj. Piersoni.

52. πὰρ] Herm., ut Ameisius conjecerat, καὶ vulg. — ἅδ' ἁ 23. Ald. I.

53. θεός ἐμμι] Am. Herm., θεὸς ἐμμὶ M. vulg., θεὸς εἰμὶ K.

54. περσεφάνα K. — γάρ] c. r. vulg., καὶ Heins. cum Comm. — ἔμπας pro αὐτά Herm.

55. κρέσσων] (23). Br. seqq. praeter Mein., κρείσσων vulg. — πάγκαλον 23. M. Z. Ald. I. II., πάγγαλον K., *totumbonum* (una voce) Div. — ἐσσὲ M. Ald. I. — καταρρεῖ] Steph. mg. Urs. vulg., καὶ ἄρρει 23. M. c. Ald. I., καὶ ἄρει K., καὶ Ἄρη r. Z. Ald. II. Iunt. Call. Steph., καὶ Αδην Vulc. vid. Adn., καταρρῇ Br. Wak.

56. ἔμμι] scr., ἐμμὶ Br. Wak., εἰμὶ vulg. — ἀνίαν] Br. Am. Herm., ἀνίην vulg.

57. κλέω 23. — σεσόβημαι] Am. e conj. Bergkii, σὲ φοβεῦμαι vulg., σὲ φοβοῦμαι Urs., καί σε φοβεῖται Br. e conj. Koppiersii.

58. τριπόθητε] scr., τριπόθατε vulg. — πόσις δ' ἐμὶν Br.

59. χήρα] Mein. seqq., χήρῃ M., χήρηα c,. χήρῃ Ald. II. Iunt., χήρη vulg. — Κυθέρηα] 23., Κυθέρεια vulg., κυθέρα Ald. I., καινοὶ 23., κανοὶ Ald. I. — δῶμα 23. M. K. Ald. I.

60. τολμαρὲ] K. Wak., τολμηρὲ vulg. — κυναγεῖς] Schier., κυνάγεις vulg.. κυνάγης Wak.

61. τί τοσοῦτον] Herm., ut conjecerat Köchly Conjj. in Apoll. p. 9, τοσοῦτον 23., τοσσοῦτον vulg. — ἐμήναο] Mein. Herm., ἐμήναο Wak. e conj. Brunckii, ἔμηνας 23. M. K. Ald. I. II. Wint., ἔμηνας Iunt. vulg., ἔμεινας Call. Urs. Br. Am. — θηρὶ] 23. Herm., θῆροι M., θήρα K. (fuerat χήρα), θῆρα c. Am., θηρσί vulg.

ὧδ' ὀλοφύρατο Κύπρις · ἐπαΰτησαν Ἔρωτες
63. αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις,

---

67. Αἴαζ' ὦ τὸν Ἄδωνιν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.

Μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖσι τὸν ἀνέρα μύρεο Κύπρι.
οὐκ ἀγαθὰ στιβάς ἐστιν Ἀδώνιδι, φυλλὰς ἐρήμα·
70. λέκτρον ἔχοι Κυθέρηα, τὸ σὸν νῦν λέκτρον Ἄδωνις.

---

64. δάκρυα δ' ἁ Παφίη τόσσ' ἐκχέει, ὅσσον Ἄδωνις
65. αἷμα χέει · τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίνεται ἄνθη.
66. αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν.

---

62. ὧδ' Ald. I. II. Call. — ὀλοφύρετο K. — ἐπαΰτησαν] scr., *illuxerunt* Div., ἐπαιάζουσιν vulg., ἐπαιάζεσκον Herm. — Wint. Herm. in f. v. puncto distinxerunt, ut olim Divus et Eob. Hessus.

63. αἰ semel K.

64. δάκρυα δ'] scr., δάκρυον vulg. — ἁ Παφίη] M. K. Z. vulg. ἀπαφύη 23. Ald. I., ἁ Παφία Br. seqq. praeter Wak. — τόσσ' ἐκχέει] scr., τόσσον ἐγχέει 23. M.* c. r. Z. Ald. II. Iunt., τόσσον ἐγχέη Ald. I., τόσον ἐγχέει M. K. Call. Steph. Urs. Vulc., τόσον ἐκχέει Heins. Wint. Wak., τόσσον χέει e conj. Dorvillii Br. seqq. praeter Wak. — ὅσον K.

65. αἱμαχατει pr. m. et χετει sec. K. — πακτὰ Herm. e conj. Valckenarii. — ποτὲ Vulc. — γίνεται] 23. M. Am., γίγνεται vulg. — Versus 64—66 ut spurios ejeci.

66. τὴν M. K.

67. ἔρωτα pro Ἄδωνιν c. — καλλὸς Call. — Herm. versum ejecit.

68. δριμοῖσι Ald. I, δρυμοῖσι σὸν Wak., δρυμοῖς τεὸν Iunt. Br. Herm. — τὸ K. μήρεο 23. Z. Ald. I. II.

69. οὐκ ἀ. στιβάς ἐστιν] scr., ἔστ' ἀγαθὰ στιβάς, ἔστιν vulg., ἔσθ' ἁπαλὰ Herm. e conj. Luzacii., ἐστὶν Urs. — φυλλὰς] M. vulg., στιβὰς Ald. I. Call. Urs. — ἐρήμα] 23. c. r. Z. Ald. I. II. Iunt. ἐρήμα M., ἐρήμη K. (*desertus* Div.), ἑτοίμα Call. vulg.

70. λέκτον 23. Ald. I. — ἔχοι] conj. Valck., ἔχει vulg., ἔχ' ἓν Iunt. Herm. — Κυθέρει K. — τὸ σον M. K. Z. vulg., τόσσον 23. Ald. I, *tantum* Div. — νῦν λέκτρον] scr., νῦν δὲ νεκρ- 23., νῦν δὲ νεκρὸς Ald. I, (*nunc autem mortuus* Div.), σὺ δὲ (νεκρὸς) c. r., τὺ δὲ νεκρὸς M. K. Z. Ald. II, τὸ δὲ νεκρὸς Iunt. Call., τόδε, νεκρὸς Mor. Mek., τόδε νεκρὸς Steph. vulg. — Ἄδωνι M. K. c. — τὸ σὸν · σὺ δὲ νεκρὸς Ἄδωνι . καὶ Mein. Am., τὸ σόν τόδε et post lacunam, quae reliquum versum et se-

καὶ νέκυς ὢν καλός ἐστι, καλὸς νέκυς οἷα καθεύδων.
κάτθεό νιν μαλακοῖς ἐνὶ φάρεσιν εὖ ἐνιαύεν,
τοῖς μετὰ σεῦ ἀνὰ νύκτα τὸν ἱερὸν ὕπνον ἐμίχθη,
παγχρύσῳ κλιντῆρι· ποθεῖ καὶ στυγνὸν Ἄδωνιν.
βάλλε δέ νιν στεφάνοισι καὶ ἄνθεσι· βάντα σὺν αὐτῷ,
ὡς τῆνος τέθνακε, καὶ ἄνθεα πάντα μαράνθην.
ῥαῖνε δέ μιν Συρίοισιν ἀλείφασι, ῥαῖνε μύροισιν.

---

quentis priorem partem complectitur, σὺ δὲ νεκρὸς Ἄδωνι καὶ Herm. — Antt. in f. v. nihil distinctionis habent (Div. semicolon), post τόσσον vel τὸ σὸν colon (item M. K. Z. Div.), quo deleto Camerarius in f. v. comma posuit, Mor. Mek. (qui comma post τόδε) Steph. vulg. colon.

71. ἐσσι K. c. r. Ald. II. Am. Herm., καλὸς ἐσσὶ M. Z. Mein., καλὸς ἐντὶ Br.

72. κάτθεό νιν] M. (23. K.) Br. seqq., ut Wassenbergius conjecerat, κάτθεο καὶ Z. vulg. — μαλακοῖσι c. — ἔνι Wint. — φάρεσιν εὖ] scr., *vestibus ejus* (i. e εὑ) Div., φάρεσιν οἷ 23. M. K. c. Z. Ald. I. II. Iunt., φάρεσίν οἱ Call., φάρεσιν, οἷς Steph. vulg. — ἐνιαύεν] K. Z. Ald. II. Iunt. (in K. fuerat gravis super ι, lenis super α), ἐνιαῦεν 23. M. Ald. I. Call., ἐνίαυεν Steph. vulg.

73. οἷς Wak. Herm. — ἐμίχθη] Herm., ut conjecerat I. H. Vossius, ἐμόχθη M. Br. Wak. ἐμόχθει vulg., cf. gl. M. συνεγένετό σοι.

74. κλιντῆρι] Im. Ald. II. vulg., κριντῆρι Ald. I. Iunt. Call. (*toto aureo liliumservati* Div.!!) — ποθεῖ] 23. Im. mg. Ald. I. II. (*desyderat* Div.) Am. Herm., πόθει vulg. — τὸν pro καὶ M. c., δὲ στυγνὸς Herm.

75. 76. δέ νιν] Br. Wak. Herm. e conj. Wassenbergi, δ' ἐνὶ vulg. — βάντα] scr., πάντα vulg. — καὶ om. Div., κατ' ἄνθεα Am., ut prius Teucherus conjecerat. — πάντα μαράνθην] scr., πάντ' ἐμαράνθη M. vulg. — In M. K. c. verba καὶ ἄνθεσι — τέθνακε omissa. Herm. inter τέθνακε et καὶ lacunam duorum dimidiorum versuum indicavit.

77. ῥαῖνεν δὲ Ald. I. (*aspergebat autem* Div.), ῥαίνε bis Urs. — νιν Br. Wak. Am. Herm. — Συρίοισιν] Wak. Herm. e conj. Ruhnkenii, μύροισιν 23. Ald. I. Call. Urs., μύρτοισιν Iunt. vulg., καλοῖσιν M. K. Z. Im. Ald. II. Br. Mein. Am., καλοῖσι c., κάλοισιν r. — ἀλίφασι 23. Ald. I. ἀλαίφασι K. — ῥαῖνι 23. — μύροισιν] K. Call. Urs. Heins. Wak. seqq, μύρεσσιν Ald. I., μύροισσιν Iunt., μύροισι (23. M.) Ald. II. vulg. — Post h. v. Herm. lacunam unius versus indicavit.

ὀλλύσθω μύρα πάντα, τὸ σὸν μύρον ὤλεθ' Ἄδωνις.
αἴαζ' ὦ τὸν Ἄδωνιν· ἐπαιάξοισιν Ἔρωτες.

Κέκλιται ἁβρὸς Ἄδωνις ἐν εἵμασι πορφυρέοισιν·
ἀμφὶ δέ μιν κλαίοντες ἀναστενάχοισιν Ἔρωτες,
κειράμενοι χαίτας ἐφ' Ἀδώνιδι· χὣ μὲν ὀϊστώς,
ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔβαιν', ὃς δ' ἐπτέρνισδε φαρέτραν,
χὣ μὲν ἔλυσε πέδιλον Ἀδώνιδος, οἳ δὲ λέβητ' ἐς
χρύσειον φορέοισιν ὕδωρ, ὃ δὲ μηρὸν ἰαίνει,
ὃς δ' ὄπιθεν πτερύγεσσιν ἀναψύχει τὸν Ἄδωνιν.
αἴαζ' ὦ τὸν Ἄδωνιν· ἐπαιάξοισιν Ἔρωτες.

(Deest una stropha.)

---

78. ὀλύσθω μῦρα et μῦρον 23. Ald. I. — ὤλεθ' Ἄδωνις] 23., ὤλετ' Ἄδωνις vulg., Ἄδωνιν r.

79. Versum addidi.

80. κέκλιτε ἀβρὸς K. — ἁβρὸς Ἄδωνις om. Div. — εἵμασι Ald. II. Iunt.

81. νιν Br. Wak. Am. Herm. — ἀναστενάχοισιν] scr., ἀναστενάχουσιν vulg., ἐρ. ἀναστ. K.

82. χαῖτας Urs. — ἐφ' Ἀδώνιδι] scr., ἐπ' Ἀδ. vulg. — χὣ] scr., χὤ Herm, χ' ὁ antt. Urs., χὠ vulg., et ita vs. 84. — ὀϊστὸς 23. Ald. I. ὀϊστοὺς K.

83. ἔβαιν'] Im. mg. vulg., ἔκαιν' Iunt., ἔπι τόξον ἔκλινεν Herm. — ὃς δ' ἐπτέρνισδε] scr., ὃς δ' ἔπτερον ὃς δὲ 23., ὃς δ' ἔπταιρον ὃς δὲ Ald. I, ὅς δὲ πτέρον ὃς δὲ Iunt., ὃς δ' ἔπτερον ἆγε φαρέτραν Im. mg., *alius autem pennatam ducebat pharetram* Div., ὃς δ' εὔπτερον ἆγε Ald. II. Call. vulg., ἄγε Urs. (ὃς δ' εὔπτερον) αὖγε M. K., ὥσ δ' εὔπτερον αὖ γε c., ὃς δ' εὔπτερον ἆξε Am. e conj. Meinekii, ὃ δ' εὔπτερον ἆπτε Herm. — φαρέτραν] (M).Im.(vid.supr.)Br.seqq. praeter Wak., φαρέτρην 23.K.Z.vulg.

84. 85. ἔδησε K. — οἳ δὲ] Herm. e conj. Graefii, οἱ δὲ Am., ὃς δὲ vulg. — λέβητ' ἐς | χρύσειον] scr., λέβητος χρυσίῃ 23. Ald. I., λέβησι χρυσείοις vulg., λέβησι Im., λέβητι χρυσείῳ Iunt., λέβητι χρυσείῳ Steph. mg. Wak. Mein. Herm. — φορέοισιν] M. K. c., φορέῃσιν Ald. II. Call. vulg., φορέῃσι Iunt., φορίῃσιν 23. Ald. I., φορέουσιν Am. Herm. auctore Graefio. — ὃ δὲ] Herm., ut olim Mor. Mek., ὁ δὲ vulg. — μηρὸν ἰαίνει] scr., μηρία λύει 23. Ald. I. Iunt., μηρία λούει vulg., λώει Br.

86. ὄπιθε Wak.

87. Addidi et deinceps lacunam indicavi.

αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν ἐπαιάζοισιν Ἔρωτες.

Ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος,
καὶ στέφος ἐξεκέδασσε γαμήλιον · οὐκέτι δ' Ὑμάν,
Ὑμὰν οὐκέτ' ἀεὶ δονέει μέλος, ἀλλ' ἐπαείδει
αἰαῖ καὶ τὸν Ἄδωνιν ἔτι πλέον ἢ Ὑμέναιον.
αἱ Χάριτες κλαίοντι τὸν υἱέα τῶ Κινύραο,
ὤλετο καλὸς Ἄδωνις ἐν ἀλλήλῃσι λέγοισαι.
αἰαῖ δ' ὀξὺ λέγοντι πολὺ πλέον ἢ Παιῶνα

---

88. αἰαῖ] Am. Herm., αἲ αἲ Br. Wak. e conj. Lennepii ad Coluth. p. 172, αὐτὰν vulg. — ἐπαιάζοισιν] scr., ἐπαιάζουσιν vulg.

89. φιαῖς 23., φιοῖς e., φυαῖς Ald. I. ἐπὶ φιαῖς M. K. Z. Ald. II. (sic spatio intermisso), ἐπιδυφιαῖς Im. mg. — ὑμεναίοις M. K. Z. Ald. I. II. ὑμεναῖος Call.

90. ἐξεκέδασσε] Br. e conj. Piersoni Veriss. p. 56., ἐξεπέτασσε vulg., *corona evolavit* Div. (!) — καμήλιον M. c., γαμήλινον K. — οὐκέτι] M. Ald. I. vulg., οὐκ ἔτι 23. Ald. II. Valck. seqq. praeter Am. — δοίμαν 23. M. K. c. Ald. I., *autem vobis* Div.

91. ὗμη 23. M. K. Ald. I., ὗμε' c., *vobis* Div. — οὐκέτ'] M. K. Ald. I. vulg., οὐκ ἔτ' (23) Ald. II. Valck seqq. praeter Am. — ἀεὶ δονέει] scr., ἀειδονέος 23. M. K., ἀειδόνεος c., ἀειδομέος Ald. I., ἀειδόμενον vulg., ἄειδε · μόνον Herm., ut conjecerat Ameisius. — ἀλλ' ἐπαείδει] scr., ἄλλεται (αἲ αἴ) 23. M. K. c. r., ἅλλεται αἲ αἲ Z. Ald. I. II. Iunt., ἄδεται αἲ αἲ Call., ᾄδεται αἲ αἲ vulg. — Punctum, quod vulg. in f. v. erat, sustuli.

92. ἢ Ὑμέναιον] scr. praeeunte Vossii interpretatione, αἲ Ὑμέναιον 23. M. Z. vulg., αἶ ὑμέναιον K., αἶ Ὑμέναιον Am., ἢ Ὑμέναιος Valck. Wak. Mein. Herm. e conj. Higtii.

93. τὸν Κινύραο Vulc. Mein. Am. Herm.

94. ὤλεθ' ὁ K., ἀλλήλαισι M. a pr. man. Z. Am., ἀλλάλαισι K. Br. Herm. — Post h. v. Herm. inseruit v. int. αἰαῖ τὰν Κυθέρειαν · ἐπ. Ἐρ.

95. αἰαῖ] Wak. e conj. Piersoni, αὐταὶ 23. vulg. — δ' ὀξὺ λέγοντι] Call. vulg. — δοξὀλέγοντι 23., δὀξολέγοντι M., δεξολέγοντι Ald. I., δεξο λέγοντι Iunt., δοξολέγοντι K. Z. Ald. II., δόξο c., δ' ὀξύτονόν τι Herm. — ἢ Παιῶνα] scr., ἢ τὺ Διώνα vulg., ἢ τὺ δίωνα Ald. I. — Punctum, quod in f. v. erat, sustulit Herm. post Graefium.

χαί Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν, ἀνακλείοισι δ' Ἄδωνιν,
καί μιν ἐπαείδοισιν · ὃ δέ σφισιν οὐκ ἐπακούει.
οὐ μὰν οὐκ ἐθέλει, Κώρα δέ μιν οὐκ ἀπολύει.

Λῆγε γόων Κυθέρηα τὸ σάμερον, ἴσχεο κομμῶν ·
δεῖ σε πάλιν κλαῦσαι, πάλιν εἰς ἔτος ἄλλο δακρῦσαι.

---

96. 97. χαί] conj. Mein., καὶ vulg., ταὶ Herm., ut Graefius conjecerat. — Μοῖσαι] Vulc. Br. seqq. Μοῖραι 23. M. K. Z. vulg. — ἀνακλείοισι δ'] scr., ἀνακλαίοισιν 23., ἀνακλέοισιν M. (super ι fuerat αι, ut judice Duebnero appareat librarium ἀνακλέοισαι in ἀνακλέοισιν mutare voluisse), ἀνακλαίοισαι K., ἀνακλαίουσιν vulg. — ἐπαείδοισιν] scr., ἐπαείδουσιν vulg. — ἀνακλαίουσιν, Ἄδωνιν καλὸν Br. Wak. e conj. Heskini, ἀνακλαίουσιν · Ἄδωνιν αἵ μὲν Am. e conj. Wyngaardeni, ἀνακλαίουσιν, Ἄδωνι πάρμεν' ἐπαείδοισαι Herm. praeeunte partim Vossii interpretatione. — ὃ] Herm., ὁ vulg, — δὲ σφίσιν Steph. II. Vulc. Heins. Mein., δέ σφιν 23. M. K. Ald. I. — οὐκ ἐπακούει] M. K. Z. vulg. — ἐπακούειν Im.

98. οὐ μὰν, ὄκκ' Br. e conj. Koenii, οὐ μὰν, οὐκ Wak. praeeuntibus Mor. Mek. Hesk. — κώρα γε Wak., κούρα K. — νιν Wak. Am. Herm. — ἀπολήγει c.

99. τὸ σάμερον] Herm., τὸ σήμερον M. Wak. Am., τοσάμερον K., τοσήμερον vulg. — κομμῶν] Valck. seqq. e conj. Barthii, praeeunte Eobani Hessi interpretatione »pone modum lacrymis hodie«, κώμων 23. M. K. Z. vulg., cf. gl. M. θρήνων et gl. Im. κλαυθμῶν. — Comma post σήμερον, quod vulgo abest, Vossii interpretatio suppeditavit; Wak. colo distinxerat.

100. δεῖσαι 23. et M. K. pr. man. — δάκρυσαι Ald. I. *fle* Div.

De fontibus lectionis.

Servaverunt hoc carmen pauci Bucolicorum codices, quorum tres familiae distingui possunt:

I. Familia prima.

23.] *Vatic. nr. 1824. sec. XIV*, valde lacunosus, quem *Ludovicus Bethmannus*, vir amicissimus, in meum usum partim ipse contulit partim ut per *Freiburgerum*, virum doctum et diligentem, conferretur interpres fuit. Huic debetur hujus idyllii collatio.

11.] = *Vat. 11. Sanctam.* = *Vat. C. Ziegl.* — *Vatic. nr. 1311 e libris Ursini sec. XV*. Bionea et Moschea nondum çollata sunt.

Aldina prior, de qua infra plura dicam, e codice hujus familiae manavit. Ejusdem duos codices Fulv. Ursinus manibus versavit, vid. infra de ed. Urs.

II. Familia secunda.

18.] = *Vat. E. Ziegl.* — *Vatic. nr. 1379. sec. XIV*. Bionea et Moschea nondum collata.

M.] = *10. Gaisf.* = *M. Gail.* — *Paris, Reg. nr. 2832 (olim nr. 3378). sec. XIV*. Duplicem codicis collationem ad hoc carmen a Duebnero in Ameisii usum factam hujus insigni humanitati debeo; ipse vero Duebnerus mea causa codicem tanta diligentia tertium contulit, ut nihil dubitationis de ulla lectione restare videatur. Si qua apud Ameisium, qui quaedam e prioribus collationibus protulit, aliter referuntur, ea Duebnerus minus vera esse diserte pronuntiavit. Minime dubium est, quin ab hoc Regius Parisinus, unde

Brunckius quasdam lectiones attulit, non diversus sit. Quare has omisi, ubi Duebnerus idem tradidit; silentio Duebneri confirmatas (contulit autem cum ed. Gaisf.) siglo M. signavi, discrepantes a Duebnero siglo M.*

K.] *K. Gail. — Paris. Reg. nr. 2812. A. sec. XV.* ad Theocritum a Gailio collatus. Hujus carminis accuratissimam collationem Duebnero debeo, qui a me monitus jam confirmavit codicem non ex M. descriptum esse, ut olim libro obiter inspecto judicaverat.

c.] = *C. Gaisf. = Mediol. 3. Ziegl. — Ambros. nr. 75. sec. XV.* Ad hoc carmen collatio exstat apud Gaisfordium e copiis Dorvillianis.

III. Familia tertia.

r.] = *Laur. 2. Wart. = R. Gaisf. = Medic. 43. Ziegl. — Medic. nr. 43. sec. XV.* Collatio ad hoc carmen e copiis Dorvillianis est apud Gaisfordium.

Z.] = *11 Gaisf. = Z. Gail. — Paris. Coisl. nr. 351.* Anni 1516. Ad Theocritum contulerunt Sanctamandus, e cujus copiis Gaisfordius partem attulit, et Gailius. Ad hoc carmen diligentissima Duebneri collatio praesto fuit. Codex ita conspirat cum Aldina posteriore, ut ex hac descriptus esse videatur.

lm.] Hermanno praeeunte hoc siglo indicavi lectiones, quae Iuntinae exemplari Lipsiensi a viro quodam docto modo superscriptae sunt (plerumque singulis literis mutatis) modo ad marginem adscriptae, haud dubie e codice aliquo manuscripto. Partem lectionum attulerat Hermannus; ipse accuratius contuli. De glossis vid. infra.

Aldina posterior, vid. infr., hujus tertiae familiae codice nititur.

Codices, qui ad hoc carmen nondum collati sunt vel parum accurate, secundum alia certa argumenta, de quibus suo tempore exponam, suis familiis adscripsi.

Editiones antiquissimae Theocriti etiam hoc carmen com plexae (in Ed. pr. Mediolanensi non exstat) hae sunt:

Ald. I.] = *Aldinae Venet. 1495* exemplaria ante foliorum partem mutatam in publicum edita. Usus sum exemplari Dresdensi.

Ald. II.] = ejusdem Aldinae exemplaria, in quibus decem folia (p. 77—80 et 85—100) gravibus quibusdam vitiis detectis mutata sunt. Quum Ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος in p. 77—80 legatur, hujus carminis duplex editio Aldina habetur. Aldinae posterioris exemplar Gottingense ad manus est.

Parisina ap. Egidium Gourmont s. l. et a., vid. Brunet Manuel du libraire, qui a 1507 vel 1508 impressam esse suspicatur, et accuratam descriptionem in Weissgerberi Curis Theocr. I. p. 32. qui ad a. 1510 refert.

Iunt.] = *Iuntina Florent. 10. Jan. 1515* (aerae Florentinae h. e. 1516 vulgaris aerae, docente Pilenejo p. XII); exemplari utor Lipsiensi e bibliotheca urbica.

Call.] *Calliergiana Romae 15. Jan. 1516*, cujus exemplar Gottingense ad manus est.

Ex his editionibus Gourmontiana, qua nullusdum editor bucolicorum usus est (nisi quod inde petita sunt, quae Reiskius sub siglo P. Leichio debita attulit), nihil utilitatis habet. Nam Aldinam posteriorem ita repetit, ut ne apertissima quidem sphalmata sublata sint, addita autem haud pauca.

Aldina prior, ut dixi, e primae familiae, *posterior* e tertiae codice expressae sunt, idque multa fide nullis correctionibus ex ingenio factis. Multum vero dubitationis de *Juntinae* et *Calliergianae* fide. Calliergum in hoc carmine librorum manuscriptorum ope usum esse, e compluribus lectionibus apparet, attamen nullo primae familiae. De Iuntinae editore minus constat. Utramque autem aliquoties ingenio usum esse certissimum videtur. Primum in Iunt. aperte conjecturae debentur hae lectiones in nullis codicibus repertae: 77. μύρτοισιν pro μύροισιν Ald. I, quo numeros perdi appareret, 83 δὲ πτέρον pro barbaro δ' ἔπταιρον Ald. I., 70. ἔχ' ἕν (quanquam ab Hermanno probatum) pro ἔχει vulg. In Call. ejus generis sunt 12. ἀφήσει (libri ἀποίσει, ἀπήσει),

69. ἑτοῖμα pro ἐρῆμα, 91. ἄδεται (libri ἅλλεται, ἄλλεται), quanquam hae lectiones vulgo receptae sunt, vid. Adn. Crit. Multa igitur cautione opus est in iis harum editionum lectionibus, quae codicibus non firmatae sunt.

Egregium autem crisis auxilium, quo nemodum usus est, praebuit liber ab editoribus Bucolicorum prorsus neglectus:

Theocriti Idyllia triginlasex recens e graeco in latinum ad verbum translata; *Andrea Divo Iustinopolitano interprete Venetiis MDXXXIX.* (Exemplari utor Dresdano.)

Divum editione Calliergiana usum esse docet ipse idylliorum numerus et ordo, deinde multarum lectionum primum a Calliergo prolatarum translatio. Saepe autem lectiones expressit, quae in nulla editione praeter Aldinam priorem exstant, cujus rei Varia Lectio satis exemplorum praebet. Postremo haud ita raro codice manuscripto usus est eoque prae libris nunc cognitis bono; dico autem nunc tantum de Theocr. XIX. XX. XXI. XXIII et hoc carmine in Adonidem, quae in una paucorum codicum stirpe servata sunt. Quo certius hoc appareat, prius de interpretationis natura dicemus. Est autem ad verbum facta, multis ridiculis plena, sed ea religione, ut ubique facile Graeca verba agnoscas, deinde doctrinae et acuminis tam expers, ut de felicibus conjecturis nulla suspicio nasci possit. Exempla quaedam apponam e Theocr. XV, unde operis natura appareat: vs. 9. *propitiam non domum*, ἰλεὸν οὐκ οἴκησιν — 12. *Micco praesente*, τῶ μικκῶ παρεόντος — 13. *confide vitam accendentibus dulcior fili*, θάρσει Ζωπυρίων γλυκερὸν τέκος — 19. *vetularum evulsiones caecarum*, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν — 67. *unquam et ipsi*, πόκεχ' αὐτᾷ (accepit pro ποτὲ καὐτᾷ) — 77. *hic sponsam dic aperiens*, ὅ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας — 82. *quam veras statuerunt et quam veras involverunt*, ὡς ἔτυμ' ἑστάκαντι καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι — 93. *Dorice loquere, in autem licet puto Doriensibus*, Δωρίσδ' ἐν (sic Ald.) δ' ἔξεστι δοκῶ τοῖς Δωριέεσσιν. — 94. *dulce*, Μελιτῶδες.

Iam vero bonum Divum bono codice usum esse cer-

tissime his locis apparet. Id. XX, 13 vulgo legebatur χείλεσι μυθίζοισα, cujus loco Hemsterhusius, Toupius, Reiskius certissima emendatione restituerunt χ. μυχθίζοισα, et invenit Zieglerus in cod. 18 = Vat. E. μυχθίζοισα; veram lectionem exprimit Divi interpretatio *labiis murmurans*; XXIII, 12. vulgo legitur καὶ κῶραι δεινὸν βλέπον, εἶχεν ἀνάγκαν, ubi Meinekius conjecit βλέπος εἶχον ἀνάγκας; egregie hanc emendationem confirmat Divus *et oculi gravem visum habebant necessitate*. Nam genitivum Divus saepius ablativo reddit ut vs. 14. ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος, *injuriam ira circum jacens*. Sufficiant, opinor, haec documenta boni codicis a Divo usurpati, si addantur, quae in Bioneo carmine accedunt, ubi soli Divo vera lectio debetur vs. 9. 14. 18. 32. 62. 72.. vid. Adn. Crit.

Omnes vero codices, qui et hoc carmen et Bionis Ἐπιθαλάμιον Ἀχιλλέως atque Theocr. XIX. XX. XXI. XXIII. servarunt, e libro corruptissimo manasse (in hac quidem parte) vel obiter percurrentem non latet. et magis apparet, si in idylliis vicinis Theocr. XXII. XXV. Mosch. I—IV, quae praeterea in aliis melioribus libris aetatem tulerunt, utrorumque lectiones comparantur. E tribus vero illis familiis alicui rei criticae parum perito *prima* facile corruptissima videatur, quippe quae mendis manifestis scateat. At vitiosae lectiones huic familiae propriae librariorum inscitorum socordia natae sunt; lectionis consilio correctae in cod. 23. nulla vestigia, in Ald. I. pauca. Contra in familiis secunda et tertia grammatici vel docti viri seculorum XIV et XV corruptelas, quas in codicibus invenerant, haud raro ingenio usi ita obleverunt, ut vel recentioribus criticis imposuerint. Cujus rei apertissimum exemplum, de quo jam alii recte judicarunt, est 77. μύροισιν 23. Ald. I. Call., μύρτοισιν Junt., unde Ruhnkenius optime Συρίοισιν, reliquis libris interpolationem καλοῖσιν tuentibus. Accedunt jam complura alia, ut egregia lectio τὰν Κύπριν, quam e 23. Ald. I. Div. pro Κύπριδος restitui, deinde vs. 39. 70. 83. 84. 85., ubi correctionibus secundae et tertiae familiae propulsis e primae

familiae lectionibus quamvis corruptis genuinas lectiones restituere conatus sum.

Attamen Ald. I. aliquoties ad familiam tertiam desciscit, de qua re mox dicemus, ut vera lectio aut ejus vestigia in solo cod. 23 habeantur. Hic solus servavit nominis Ἄδωνις spiritum asperum in ὤλεθ' Ἅδωνις v. 78. et Aeolicam formam Κυθέρηα 59., hic solus a pr. man. omittit ineptum versum 38, lectione πόδα 24. confirmat emendationem πολλά et lectione τοσοῦτον 61. emendationem τί τοσοῦτον, postremo in loco corruptissimo vs. 37 verae lectionis vestigia habet. Contra aliquoties primae familiae lectiones ex Ald. I. etiam in Ald. II. transmanarunt, ut 47. κῦσ', 55. πάγκαλον, 68. μήρεο.

Familiae *secundae* libri ut correctorem experti ita diligentius scripti sunt quam primae, certe M. Quo fit ut in levioribus haec familia aliquoties sola veram lectionem servaverit, ut 8. ἀνιῆ, 26. στήθεα. Raro correctiones habet, quae non in tertiam familiam transierint, ut 34. τὸν στυγνὸν. Contra haud raro cum prima familia a tertiae depravationibus immunis est.

Huic *tertiae* familiae aliquoties etiam Ald. I accensenda est, quae manasse videtur e codice primae familiae subinde tertiae ope correcto, ut docent lectiones ἐπ' 10., κείροντι 22., ὅτι 30., αἴ τὸν 32., εἰς 50., θηρσὶ 61., κάτθεο καὶ 72., quas Ald. I cum tertia familia communes habet. Est vero haec familia omnium pessima seculo demum XV, ut aliquando accuratius demonstrabo, hominis alicujus audacioris quam doctioris correctionibus orta. Hinc haud pauca prava in vulgatam lectionem transmanarunt, partim usque in recentissimas editiones propagata, ut 8. ἀνιᾷ, 36. καὶ ἀνὰ πτόλιν, 55. καὶ Ἄρη, 61. θηρσὶ, 72 κάτθεο καὶ 91., ἀειδόμενον. Rarissime haec familia veram lectionem tradidit nec nisi in apertissimis reliquarum erroribus, ut 23 ἄγκεα (si hoc verum) pro ἄγγεα et 90. δ' Ὑμὰν pro δοίμαν.

In librorum conditione tam misera deest etiam scholiorum subsidium, quod in Theocrito emendando utilissimum est. Ne glossae quidem ullae cognitae sunt praeter paucas

illas, quae Iuntinae Lipsiensi adscriptae sunt, et pauciores, quas e cod. M. Duebnerus cum Ameisio communicavit. Illis non dubito quin simillimae in cod. r. legantur; nam cum glossis Laurentianis, quae ex eo codice haustae sunt, glossae Im. ad Theocritea, ubi de illis constat, fere ubique conspirant. Quum Hermannus pauca tantum excerpserit, omnes glossas, quae non prorsus futiles sunt, hic apponam:

4. ἔχουσα τὴν στολὴν κυανέαν. — 9. κατ' ὀλίγον (ad λεπτὸν). — 10. τοξ' (ad ναρκῇ) i. e. *torpet*. — 11 .τὸ ἐρυθρὸν τοῦ χείλους. — 21. ἄνευ σανδάλων ὑποδήματος. — αἰωρεῖτο, ἐκρέματο. — 29. μορφήν. — 41. φονικόν. — 42. τότε super πάχεας. — 46. τὸ σὸν (ad φίλαμα) et ζώη τὸ φίλαμα τὸ πνεῦμα τεὸν ῥεύσει ἐς ἐμὸν ἧπαρ ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς, quibus prava verborum constructio indicatur. — 54. ἔσεται (ad ἐς σὲ καὶ Ἄρη). — 57. ὁ σὸς super πόθος. — 72. κυπε (cupe?) τὸν Ἄδωνιν (super κάτθεο καὶ) — ἵνα ᾖ super ἐνιαύεν. — 74. ποθεῖ. ὁ κλιντήρ. — 78. φθεινέσθω. — 89. ἐπιδυφιαῖς, δυφιὴς ὁ δύο φύσεις ἔχων. 99. (ad κώμων) ᾠδῶν, κλαυθμῶν.

In his tam tenuibus et partim perversis quaedam tamen insunt non contemnenda, quae apparet ex antiquiore libro manasse minus corrupto. Ita glossa τὸν Ἄδωνιν pertinet ad veram lectionem *νιν* in fam. I. II., κλαυθμῶν vs. 99 adeo ad κομμῶν, quod nullus codex servavit.

Ex M. Duebnerus praeter scholion Triclinii, quo carminis 98 versus numerat, has glossas commemoravit: 12. λήψεται, 46. ζῇ, 59. εἰς τὸ οἴκημα, 69. ἔρημος, 79. εἰρωνικόν; συνεγένετό σοι (ad ἐμόχθη), 85. φέρει (super φορέοισιν), 90. νυμφικόν, 99. ἐπίσχε τῶν θρήνων, τῶν ᾠδῶν, quae lectio iterum conjecturam κομμῶν firmat.

Nullum deinde auxilium a grammaticorum commemorationibus, quod in crisi Theocritea haud raro gravissimum. Contra recentiorum poëtarum imitationes, Moschi potissimum et Nonni (hujus locos plerosque primus contuli) aliquoties ad illustrandum et restituendum Bionem egregie profuerunt.

De reliquis subsidiis.

Inter editiones Theocriti eorumque, quae sub ejus nomine circumferebantur, post Calliergianam prima est

Lovaniensis ap. Theod. Martinum 1520 (e bibl. Dresd.). Ea ad Theocritum Dahlius usus est, ad Bionem et Moschum nemo. Sequitur autem Aldinam posteriorem, ne iis quidem carminibus additis, quae interim in Junt. et Cal. lucem viderant; haud paucae tamen lectiones e Calliergiana receptae sunt.

Reliquarum editionum ante Stephanum A. Jacobs ad Theocr. p. XXXV. duas potissimum familias distinxit, quarum altera ad Labanum Torinum originem refert, altera ad Joachimum Camerarium. Illi adnumeravit Basileenses 1530. 1541. et Venetas 1539. 1543, quibus ipse addo Florentinam 1540. Ex hac enim familia ad manus fuerunt

Salamandrina Venet. 1539. e bibl. Gott.

Florentina (Flor.) ap. Ben. Juncta. 1540, quam nullus Bucolicorum editor inspexit, e bibl. Dresd.

Basileensis 1541.

Adhaeret haec familia recensioni Calliergianae ita, ut haud paucae lectiones ex Aldina *priore* temere intermixtae sint, plerumque ipsae pessimae; quaedam indidem in marginem receptae. Salamandrina praeterea, ut jam Reiskius docuit ad Theocr. p. XVI. seqq., pessimis et partim ridiculis erratis scatet. Quae quum in Florentina cum fide repetita sint, accedunt in hac alii haud pauci lapsus, ut vitiosior editio nulla reperiatur.

Camerarianae familiae sunt Haganoensis 1530, quam ipse Camerarius curavit, *Brubachianae* a. 1545. (*Brub.* I), a. 1553, vitiosior prioris repetitio (*Brub.* II) et a. 1558, cui Xylander adfuit (*Xyl.*), denique *Vitebergensis* 1582 (*Vit.*), quanquam utraque Stephaniana recentior, pessimis mendis plena. Harum nulla non ipse usus sum praeter principem illam Haganoensem.

Camerarius in Praef. ad ed. Hag. profitetur, se codicibus non usum esse; adeo nullam editionem praeter Basileensem eodem anno cum Haganoensi emissam consuluisse videtur. Certe Brub. ita conspirat cum Bas. II, ut pauca illa, quibus discrepat, aut aperte Camerarii ingenio debeantur, cujus generis est 25. ἠρωεῖτο pro ἠωρεῖτο, aut facile ab illo sine librorum ope inveniri potuerint, quo pertinent 68. μύρεο pro μήρεο, 74. κλιντῆρι pro κριντῆρι. Certius judicarem, si editiones Hag. et Bas. I. suppeterent.

Tertia quaedam familia editiones Parisinas 1543. 1550. 1561 et Brugensem 1565 complecti videtur, e quibus ad manus sunt

Morelliana 1561. (*Mor.*) e bibl. Gotting.

Moschus et Bion ed. Mekerchus. Brugis 1565. (*Mek.*) e bibl. Gotting.

Mekerchus in singulis Morellianam expressit, quae textum sive Torini sive Camerarii compluribus lectionibus ex Ald. II. vel potius, nisi fallor, ex hujus repetitione Gourmontiana receptis correctum habet, praeterea pauca quaedam propria in rebus levioribus. Primus autem Mekerchus Bionea et Moschea e Theocriteis separavit excepta Europa, quam Theocrito reliquit.

H. Stephani Bucolicorum editio major in Poett. Princ. Gr. her. carm. Vol. II. 1566 (e bibl. Gotting.) aeque Bionis et Moschi Carmina separata habet, addita Europa. Stephanus ad Theocritum a Mich. Sophiano castigationes acceperat e vetere codice petita; attamen ad hoc carmen, ut ipsa res docet, nullis librorum subsidiis usus est praeter Aldinam priorem, de qua apparet e Vol. II. p. XLVIII. seqq., Iuntinam, Calliergianam aliasque editiones. Aldinam alteram non noverat, cujus si quas lectiones recepit, eas Morellianae debere censendus est. Lectiones ad marginem adscriptas in hoc quidem carmine omnes e Iunt. vel Call. sumpsit praeter unam καταρρεῖ vs. 55, de qua mox dicam.

Fulvii Ursini editio *Bionis et Moschi* post *Carmina novem illustrium feminarum Antverp.* 1568 codicum auxilio non

caruit. Primus enim e duobus codicibus, vid. p. 350, edidit Bionis Ἐπιθαλάμιον Ἀχιλλέως et in hoc carmine p. 349 commemorat lectionem νῦν δὲ vs. 70 e libris manuscriptis, haud dubie iisdem; nam Ἐπιθαλάμιος in nullis codicibus superstes est praeter 11. 18. M. K. c., qui simul Ἐπιτάφιον Ἀδώνιδος continent; et codicem 11. Zieglerus testatur e libris Ursini esse. Attamen in recensendo hoc carmine Ursinus codicibus suis, qui primae familiae fuerunt, parum usus est. Raro a Calliergo recessit nec fere nisi quibusdam lectionibus receptis, quae jam apud Stephanum inveniuntur. Proprias lectiones exceptis minutiis nullas habet praeter φοβοῦμαι 57., quod sphalma esse videtur. Ipsa optima conjectura καταρρεῖ 55., Ursino deberi credita, jam in Stephani margine legitur. Attamen ea neque in ulla priore editione exstat neque a Stephano tanquam suae suspicionis profertur cf. Adn. p. LII. Immo Stephanus, qui in utraque editione καὶ Ἄρη edidit et in ed. maj. defendere studuit, in ed. min. autem Latinam interpretationem „ad te devolvitur" assumpsit, optimam lectionem invitus probasse videtur. Accedunt aliae rationes, de quibus suo loco exponam, cur suspicer Stephanum ante Ursini editionem emissam et illam emendationem (quo ducebat Ursinianorum codicum lectio καὶ ἄρρει, quanquam idem in Ald. I etiam Stephanus legebat) et alia ab Ursino accepisse, contra hunc in opere suo Stephanianae editionis nullam cognitionem habuisse.

H. Stephani editio minor a 1579 in hoc carmine a majore non discrepat nisi paucis sphalmatis.

Quum igitur in his editionibus post Calliergianam nullus codicum usus appareat, nisi forte apud Ursinum, sequentes editores multo etiam minus tacite libris manuscriptis usi sunt. E reliquis igitur editionibus brevissime eae commemorabuntur, quas ipse consului, asterisco signatis, quae Bionem et Moschum sine Theocrito exhibent:

**Bon. Vulcanii* Antverp. 1584 post Callimachum, *Commeliniana* 1596, *Crispini* ap. her. Vign. 1600 in Georgicis etc., *Dan. Heinsii* ap. Commel. 1604, *Wintertoni* in Poett.

Minn. Cantabr. 1684, **Schwebelii* Venet. 1746, **Heskini* Oxon. 1748, **Schierii* Lips. 1752, *Brunckii* in Analectis Argent. 1772, *Valckenarii* Lugd. Bat. 1779 (usus sum repetitione Heindorfiana Berol. 1810), **Harlesii* Erlang. 1780, **Mansonis* Goth. 1784, **Teucheri* Lips. 1793, **Fr. Jacobsii* Goth. 1795. **Wakefieldii* Lond. 1795, **Mansonis* ed. nov. Goth. 1807, *Gaisfordii* in Poett. Minn. Vol. II. Oxon. 1816 (rep. Lips. 1823), *Briggsii* Cantabr. 1821, *Meinekii* Lips. 1825 et ed. nov. Berol. 1836, *Boissonadii* Paris. 1837, *Weisii* Lips. 1843, *Ameisii* Paris. 1846, **G. Hermanni* Lips. 1849.

E magno versionum numero, quarum pleraeque editionibus additae, praeter Divianam hae potissimum utiles fuerunt:

Eobani Hessi imitatio poëtica, quae primum ad calcem editionis Haganoensis a 1530 lucem vidit, deinde post Brub. I. II. repetita, Calliergi textum sequitur quibusdam ex Ald. II. ascitis, aliis ex ingenio vel cum Camerario mutatis. Apparet ingenium elegans et vere poëticum.

Viti Winsemii interpretatio pedestris Francof. ap. Brub. 1558 textum Camerarii expressit, sed aliquoties de interpunctione optime meruit. Hoc quasi fundamentum versionis Latinae vulgatae inde a Mekercho et Steph. II. multis editionibus additae.

J. H. Vossii interpretatio Theotisca Tubing. 1808 (utor repetitione Vienn. 1815) complures optimas vel memorabiles emendationes continet, quarum plerasque G. Hermannus iteravit. Paucae earum inter notulas marginales reperiuntur, quas patre mortuo filius edidit (Anmerkungen und Randglossen von J. H. Voß. Leipz. 1838), neque obscurum est haec marginalia interpretatione illa antiquiora esse.

In afferenda lectionis varietate has regulas secutus sum:

1) Codicum lectiones diligenter memoravi, quotcunque innotuerunt; codicum 23. M. K. Z., qui accuratius collati sunt, primus secundum Weisii editionem, reliqui secundum Gaisfordianam, eas quoque lectiones significavi, ubi utile videretur, quae e silentio collationis colligi possunt, sed codicis siglo uncinis incluso distinctas. Sicubi ex aliquo codice de parte lectionis constaret, eam partem, de qua ex silentio conjectura fit, unciuis circumsepsi. Ceterum collationes codicum c. r. Dorvillianae secundum textum Heinsianum, negligentius tamen, factae sunt.

2) Ex editionibus hae dignae visae sunt, quarum lectiones accurate referrem: *Aldina utraque, Juntina, Calliergiana, Stephani utraque, Ursini, Vulcanii, Heinsii, Wintertoni, Brunckii, Valckenarii*, *Wakefieldii* (quae accentibus caret), *Meinekii altera, Ameisii, Hermanni.* Quarum si qua non nominatim commemoratur, eam tenet lectionem, quam vulgatam dixi, aut ubi nulla lectio vulgata dicta, eam quam recepi. Ex antiquis editionibus ne sphalmata quidem commemorare neglexi; piguit tamen ubique referre, ubi iota subscriptum omissum esset, quum id promiscue fiat. Lectiones marginales in Steph. I., quae e Junt. vel Call. sumptae sunt, non repetendas censui. Ceterum editiones Ald. I. II. Junt. Call., ubi conspirant, antiquarum appellatione (*antt.*) comprehendi. In recentioribus editionibus aperta sphalmata praetermisi. Siglo *seqq.* alicui editioni addito significavi, has recentiores omnes ex illis editionibus eandem lectionem tenere, ut Br. seqq.= Br. Valck. Mein. Am. Herm.

3) E *Divi* interpretatione attuli, quaecunque a textu Calliergi discedunt, quibusdam aliis animi causa additis.

4) De interpunctione vel antiquarum editionum, quae vitiosissima est, vel reliquarum mentionem feci, ubi de sententia secundum distinctiones diversa aliqua dubitatio est.

5) Reliquarum editionum et interpretationum lectiones, deinde alias doctorum virorum conjecturas in Var. Lect. non commemoravi, nisi quae in aliquam illarum editionum aut a me receptae sunt. Ubi plures in eandem conjecturam in-

ciderunt, plerumque eum solum ut auctorem nominavi, qui primus promulgavit. Meas conjecturas, quas recepi, siglo scr. distinxi.

De auctore carminis.

Carmen hoc in nullo antiquo libro Bionis nomen prae se fert. In cod. 23 et omnibus antiquissimis editionibus ipsum poëtae nomine non inscriptum, sed tacite Theocriteis additum et ab editoribus quidem pro Theocriteo numeratum est. In cod. M. teste Duebnero et in Im. ipsi carmini Θεοκρίτου nomen inscriptum; in codicibus 11. 18. c. r. teste Zieglero omnia quae continent, Theocrito assignata sunt, nec minus F. Ursinus p. 349 in suis libris hoc carmen sub Theocriti nomine invenit. Et antiquo jam tempore hoc carmen cum reliquis Bionis et Moschi, quae in antigraphis Theocriteis leguntur, ad Theocritea adscriptum fuisse Fritzschius de Poëtt. Gr. Buc. p. 31 inde collegit, quod, quae in Draconis libro de metris inde afferuntur, Theocriti esse dicuntur, ut p. 102, 20 hujus carminis vs. 27 et plura e Moscho. Quem fugit, id quod fugerat etiam G. Hermannum de origine illius libri in Praef. acute disputantem, Wuestemannum p. XXIV., reliquos, antiquum illum, si diis placet, Draconem Theocriti usum esse editione Calliergiana aut aliqua ex hujus progenie, id quod certissimum est. Nam p. 62, 23. 75, 16. 99, 4 apponitur Θεόκριτος εἰδυλλίῳ λβ, qui versus leguntur Id. XXV., 211. 30. 5. Hoc vero carmen in Calliergiana (nam in Aldina nondum legitur) et inde in omnibus editionibus ante Stephanum excepta una Iuntina illum numerum λβ' habet, neque in ullo unquam libro manuscripto eundem locum tenuit. Casu natus est idylliorum

ordo in Aldina, qui alius foret, si Aldus suum codicem secutus esset nec potius duodeviginti idylliis, quae editio princeps complectitur, in calce addidisset, quae nova invenerat; casu deinde ordo Calliergi, quum hic iterum triginta Aldinae idylliis sex praetermissa adjiceret. Suo tempore docebo, Id. XXV. in libris manuscriptis Theocriti aut decimum septimum aut undevicesimum esse. Iam igitur, quum Hermanno probabile visum sit, Draconei libri interpolatorem Lascaris discipulum fuisse, homo ille, qui mihi rectius auctor libri dici videtur, adeo paullo recentior esse arguitur quam Hermannus judicavit.

Bionis autem, non Theocriti hoc carmen esse primus Ioachimus Camerarius suspicatus est in praefatione editionis Haganoensis, vid. Harles. in Fabric. bibl. Gr. IV. p. 782, quae in calce editionum Brub. I. II. Xyl. repetita legitur. Verba huc pertinentia haec sunt: ἐν τοῖς ἑπομένοις εἰδυλλίοις εἶναι δοκοῦσι τινὰ οὐ πεποιημένα ὑπὸ τοῦ Θεοκρίτου, ὥς τὸ ἐπικήδειον εἰς Ἄδωνιν, ὅπερ τις εἶναι τοῦ Βίωνος φάμενος οὐκ ἂν ὥς οἶμαι ἁμάρτοι μακρὸν τοῦ ἀληθοῦς. Ibidem legitur Camerarii scholion ad hoc carmen, quod Schwebelius p. 2 ex ed. Hag. affert: οὐδὲ τοῦτο δοκεῖ εἶναι Θεοκρίτου, ἀλλὰ Βίωνος, μνήμη γὰρ ποιεῖται τοῦ Ἀδώνιδος φιλήματος ἐν τούτῳ τῷ ἐπιταφίῳ, τοῦ καὶ πρότερον ἐν τῷ εἰς Βίωνα. Primus Mekerchus carmen ut Bioneum edidit, in adnotatione diserte Camerarium auctorem nominans. Deinde H. Stephanus in ed. maj. et hoc et Mosch. I-IV. e Theocriteis sublata Bioni et Moscho adscripsit, se separasse dicens p. 487. Ursinus p. 349 profitetur se in hoc carmine Bioni tribuendo doctum quendam virum secutum esse, eadem illa causa addita, quam Camerarius in scholio protulit. Itaque dubitari non potest, quin laus carminis suo poëtae vindicati Camerario debeatur, viro de Latinis literis etiam melius merito quam de Graecis. Ceterum inde a Stephano omnes carmen inter Bionea ediderunt, plerique tacite tanquam re explorata. Neque Camerarium judicium fefellisse videtur. Nam Moschi verba vs. 69. ἁ Κύπρις φιλέει σε πολὺ πλέον

ἢ τὸ φίλαμα, τὸ πρῴαν τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα φίλασεν tam aperte spectant hujus carminis locum vs. 45 seqq., ut ineptiora visura sint (praesertim propter πρῴαν, ut indicavit Manso) nisi Bioneum esset. Praeterea in Epitaphio Bionis haud paucae aliae hujus carminis imitationes in verbis et sententiis deprehenduntur, quarum quae apertissimae sunt, in Adn. Crit. indicabo. Ad universum hujus carminis argumentum refero, quod Moschus vs. 85 de Bione praedicat καὶ ἤρεθε τὰν Ἀφροδίταν i. e. *Venerem ad planctum excitabat*, tum vs. ~~116~~ τεὸν οἶτον ὀδύρομαι, quae interpretor *tua lamentatione ploro* i. e. *lamentationis eo genere, cujus tu exemplum dedisti*, vid. Adn. Crit. ad vs. 37. Ceterum valde vereor, de qua re suo loco disputabo, ne ipse Ἐπιτάφιος Βίωνος inter Moschea subditicius sit.

Reliqua Bionea injuriae temporum superstitia multo minus affectus et vigoris habent; attamen ejus differentiae causa ex ipso carminis argumento, excitatiores sententias et verba quodammodo obtrudente repeti potest. Egregie autem carmen convenit βουκόλῳ ἐρωτικῷ, quomodo Bio in Moschei carminis inscriptione in librorum parte appellatur et qualem ipse se descripsit V. VI. Dialectum carminis reliquae Bioneae similem esse deinceps docebo; si qua peculiaria habet, Aeolidi potissimum debita, hoc quoque peculiari carminis naturae tribuendum esse apparebit. Carminis inscriptio Ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος, ut hoc addam, non ipsi poëtae debetur, nec magis Moschei carminis (si quidem Moschi est) Ἐπιτάφιος Βίωνος; ipsi poëtae potius θρήνους appellassent. Apparet autem ex ipsa tituli similitudine, grammaticos, qui haec carmina inscripserunt, eorum cognationem sensisse.

De ephymniis bucolicis.

Nemodum dubitasse videtur, quin ephymnia, quos vulgo metricos Latinos secuti versus *intercalares* dicunt, apud bucolicos Graecos recte in principiis stropharum collocati legantur, quanquam apud Latinos imitatores, e quibus Virgilius in Ecl. VIII. et Calpurnius in Ecl. XI. versu intercalari usi sunt, exeuntibus strophis adduntur; G. Hermannus ad Bion. p. 46 ea re Graecos et Latinos bucolicos differre disertis verbis pronuntiavit. Attamen et vetera testimonia et ipsa carmina accuratius excussa Graecis bucolicis eandem consuetudinem vindicant, qua Latini usi sunt.

Primum scholion ad versum intercalarem Theocr. I, 84 τὸ δὲ ἄρχετε βωκολικᾶς λέγεται ἐπῳδοῦ τάξιν ἔχειν (ita Duebn. e Vat. 5, ἐπῳδῆς vulg.) perspicue hoc dicit, versum illum stropham claudere; neque enim appellatio ἐπῳδός alio sensu accipi potest. Perturbatius est scholion ad primum versum intercalarem vs. 64: τῆς βουκολικῆς ᾠδῆς ἄρξασθαί με ποιήσατε ὡς ποιήτριαι. ἐπικαλεῖται γὰρ αὐτὰς μέλλων ἀείδειν. τοῦτο δὲ λέγεται πρόασμα καὶ ἐπιμελῴδημα καὶ ἐπῳδή (Duebnerus conj. ἐπῳδός). τὸ δὲ ἄρχετε καὶ λήγετε ἐπῳδοῦ τάξιν ἔχει. Ultima conspirant cum altero scholio. In prioribus appellationem πρόασμα apparet ad solum vs. 64 pertinere, qui carmini praemissus est. Idem ἐπιμελῴδημα vel ἐπῳδός dici nequit, nec magis ἐπῳδή incantationis sensu, quem Buttmannus in Suppl. ad Schneideri Lex. agnosci posse putavit. Itaque vix dubium est, quin haec antiquo scholio in brevius contracto obscuriora evaserint; auctor scholii hoc voluerat, versum intercalarem illo loco πρόασμα dici, in sequentibus vero ἐπιμελῴδημα vel ἐπῳδόν. Altera pars scholii ex alia adnotatione accessit.

Quod vero illa scholia docent, versum intercalarem primum toti carmini praemissum, deinde singulis strophis exeuntibus additum esse, id ipsa carmina Theocritea, ubi

versu intercalari usus est, Id. I. et II., confirmant. Nam quum in Id. I. duo diversi versus intercalares sint, vel potius tres, ut bene docuit M. Hauptius in Mus. Rhen. Nov. IV. p. 260 seqq., in media invocatione Panis versus intercalaris mutatio fit vs. 131, si hic strophis praemissus existimatur, quam inconcinnitatem Hauptius ita evitabat, ut versum intercalarem ἄρχετε κ. τ. λ., qui eam invocationem ordiri videretur, contra librorum consensum in λήγετε κ. τ. λ. mutaret, quae forma in sequentibus regnat. Apertior etiam res in Id. II., ubi quum a vs. 17 primum legatur versus intercalaris ἶυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα, deinde a vs. 67 φράζεό μευ τὸν ἔρωθ', ὅθεν ἵκετο πότνα Σελάνα, illius sententia pertinet ad priorem carminis partem incantationes amatorias complexam, hujus ad alteram, qua Simaetha originem amoris narrat. Iam vero quum haec a vs. 64 incipiat, apparet versum 63 ἶυγξ κ. τ. λ. ad praecedentem stropham trahendum esse, non ad sequentem, unde de reliquis quoque versibus intercalaribus judicium fit. De Bionis versibus intercalaribus mox accuratius quaeremus. Moschum vero Id. 3 illis strophas clausisse, vel inde apparet, quod a Theocriti more discedens in principio carminis intercalarem non posuit. Ab hoc autem ipso Theocriti usu omnis ille error de versuum intercalarium loco inde a Camerario, qui primus strophas distinxisse videtur, et editiones et doctorum virorum judicia occupavit.

Mirum sane, si recte judicassent. Nam sicut omnium gentium poësis popularis versus in exitu stropharum repetitos amat, ita eorundem usus in Graecorum carminibus popularibus horumque imitationibus satis frequens erat. Agit de hoc genere versuum Hephaestio p. 127. ἀνομοιόστροφα δέ ἐστιν, ὅσα πάντως διαιρεῖται, ἢ κατὰ πρόσωπον ἀμοιβαῖον ἢ χοροῦ πρὸς ὑποκριτὴν ἀπόκρισιν ἢ κατὰ ἐ φ ύ μ ν ι ο ν ἢ κατὰ ἐ π ῳ δ ὸ ν ἢ κατ' ἄλλο τι ἐ π ι φ ώ ν η μ α, deinde p. 128. ἔστι δέ τινα ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ τὰ καλούμενα ἐ φ ύ μ ν ι α, ἅπερ ταύτης τῆς προσηγορίας τετύχηκεν, ἐπεὶ καὶ ἐφύμνιόν τι εἰώθασιν ἐπάγειν οἱ ποιηταὶ ταῖς στροφαῖς, οἷά

ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα Ἰήιε Παιάν καὶ ὦ Διθύραμβε, postremo p. 130. ἔστι δέ τινα καὶ τὰ καλούμενα ἐπιφθεγματικά, ἃ διαφέρει ταύτῃ τῶν ἐφυμνίων, ὅτι τὰ μὲν ἐφύμνια καὶ πρὸς νοῦν συντελεῖ, τὰ δὲ ἐπιφθεγματικὰ καὶ ἐκ περιττοῦ ὡς τὸ λεγόμενον τῇ στροφῇ πρόσκειται· οἷον τὸ Βακχυλίδου (fr. 25. Bgk.) ἦ καλός Θεόκριτος· οὐ μόνος ἀνθρώπων ἐρᾷς· καὶ πάλιν παρὰ τῷ αὐτῷ Βακχυλίδῃ (fr. 26.) σύ δ'ἐν χιτῶνι μόνῳ παρὰ τὴν φίλην γυναῖκα φεύγεις. Discrimen, quod Hephaestio inter ephymnia et epiphthegmatica statuit, non satis perspicuum est; ipsa tamen exempla docent, eum versiculos nihil nisi acclamationes complexos ephymnia dixisse, versus plenioris sententiae ἐπιφθεγματικά. Utrumque genus versuum strophas claudentium repetitum esse Hephaestio potius significat quam disertis verbis testatur.

Versiculi autem illi strophas claudentes et, ubi plures continuarentur, haud dubie repetiti, sub variis appellationibus etiam ab aliis commemorantur. Ita Eustath. 1109, 28. παιανίζειν ἤγουν ᾄδειν Παιᾶνι Φοίβῳ ὕμνον παιᾶνα, οὗ ἐπῳδὸς τὸ ἰὴ Παιάν, ὅπερ ἦν παιανικόν τι ἐπίρρημα. Athenaeus XV, 701. C. et Scholl. Arist. Pac. 452 ἰὴ Παιών, Callimachus h. Ap. 97 cf. 100 ἰὴ ἰὴ Παιῆον, Apollonius Arg. 2, 712 ἰήιε appellant ἐφύμνιον. Paean Lysandrum celebrans Plutarch. Lys. c. 18, in fine unicae strophae servatae ὦ ἰὴ παιὰν habet et carmen monostrophum Arist. Vesp. 874. ἰήιε Παιάν. Deinde αἴλινον dicitur ἐφύμνιον EM. 35, 2, cf. infra exemplum Aeschyleum. Pindarus fr. 116 Bgk. Ὑμέναιον dicit ἐσχάτοις ὕμνοισιν cantari i. e. ἐφυμνεῖσθαι, Archilocheum τήνελλα καλλίνικε fr. 106, quod in fine singularum stropharum repetitum fuisse certum videtur (καλλίνικος τριπλόος κεχλαδώς), Scholia ad Pind. Ol. 9, 1 et ad Arist. Av. 1760 ἐφύμνιον appellant. Plutarchus vero Q. Gr. 36 verba ἄξιε ταῦρε, quae cantiunculam Eleam ad Dionysum claudunt, ἐπᾴδεσθαι dicit. Versiculum ἔξεχ' ὦ φίλ' Ἥλιε, quem Pollux IX, 7 ἐπιβόημα dicit, Casaubonus ᾠδῆς φιληλιάδος ab Athenaeo XIV, 619. B. commemoratae versum intercalarem fuisse bene suspicatus est. Versus jam paullo longior, unde genus

quoddam carminum ad Cererem ἰούλων nomen accepit, ab Athenaeo XIV, 618. E servatus πλεῖστον οὖλον οὖλον ἵει, ἴουλον ἵει, ab Eustathio p. 1162 ἐπιφώνημα ἐμμελές dicitur, quem singulas strophas clausisse non obscurum est.

Repetitorum autem vel ephymniorum vel epiphthegmaticorum in poësi lyrica nunc haec potissimum exempla reperiuntur: Arist. Av. 1731 seqq. Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι' ὦ, Pac. 1334 seqq. Ὑμὴν Ὑμέναι' ᾆ bis, in Catulli vero imitationibus Graecorum epithalamiorum Carm. LXI. *o Hymenaee Hymen, Hymen o Hymenaee* et in altera parte *io Hymen Hymenaee io, io Hymen Hymenaee,* LXII. *Hymen o Hymenaee Hymen, ades o Hymenaee*; Arist. Ran. 402. 8. 13. Ἴακχε φιλοχορευτά, συμπρόπεμπέ με, Eccl. 958. 66. μεθές, ἱκνοῦμαι σ' Ἔρως, καὶ ποίησον τήνδ' ἐς εὐνὴν τὴν ἐμὴν ἱκέσθαι, 971. 4. ἄνοιξον, ἀσπάζου με· διά τοι σὲ πόνους ἔχω; Aesch. Ag. 117. 131. 148. Herm. αἴλινον αἴλινον εἰπέ, τὸ δ'εὖ νικάτω, Choeph. 955. 966. πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν, Eum. 1016. 19. εὐφαμεῖτε δὲ χωρῖται (πανδαμεί), 1023. 27. ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς, Pers. 665. 672. βάσκε πάτερ ἄκακε Δαρειάν, οἵ. Adde e Pervigilio Veneris versum intercalarem: *cras amet qui nunquam amavit, quique amavit cras amet.* Postremo huc pertinet Aeschyli mos etiam plurium versuum complexum exeuntibus strophis repetendi, ut Suppl. 104. 112.—124. 134.—144. 157.—854. 864., Sept. 954. 970. — Ag. 1457. 1481., Eum. 376. 346. Haec quoque in Scholl. ad Sept. 954. 970. ἐφύμνια dicuntur, item ad Eum. 326, ubi additur appellatio mira μεσόφθεγμα. Aeschyli ephymnia simul et magniloquentiam irridens Euripides Aristophaneus Ran. 1288 versibus Aeschyleis primum ἰήκοπον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν adnectit, tum τὸ φλαττοθραττόφλατ, quorum illo a Scholiaste ad vs. 1300 tanquam ephymnio uti dicitur.

Apparet autem omne genus ephymniorum ex acclamationibus illis ortum videri, quae post dicta factave sacra ab universa praesentium multitudine addi solebant et ἐπιφθέγματα, ἐπιφωνήματα, ἐπιρρήματα, ἐπευφημισμοὶ appellantur.

Ephymniis vero in pleniores sententias auctis versus epiphthegmatici nati sunt.

Praeter ephymnia ab Hephaestione p. 129 etiam μεσύμνια commemorantur, qui exemplum affert Ὑμήναον Sapph. fr. 93 in mediis strophis repetitum; aliud est Ἴακχ' ὦ Ἴακχε Arist. Ran. 325. 341, ne plura addamus. Revera etiam haec sunt ephymnia, sed in exitu versuum, non stropharum accenta, unde et elegorum pentametros et omne genus versuum epodicorum originem traxisse, hoc loco significasse satis habemus. Prohymnia atque adeo prophthegmatica repetita neque a quoquam commemorantur neque in ullo carmine lyrico usurpata leguntur (nam alienum est ἒ ἒ ἒ ἒ Aesch. Sept. 135. 143., quod Schneiderus de epiphth. verss. Aesch. p. 5. προΰμνιον dixit), denique ab ipsa origine et natura illarum repetitionum alienissima sunt; nam ipsa res fert, ut unus incipiat, chorus accinat.

Ut redeamus ad bucolicos, jam veteres intellexerunt horum versus intercalares ad ephymniorum lyricorum genus pertinere eosque ἐπῳδούς dixerunt, ut e Scholiis discitur, non minus quam Eustathius ephymnium ἰὴ Παιάν, quocum conspirat Plutarchus illud ἄξιε ταῦρε dicens ἐπᾴδεσθαι. Adde quod Hephaestio loco supra allato p. 127 ἐφύμνια et ἐπῳδούς inter ἐπιφωνήματα numerat strophas claudentia. Neque Theocritus consuetudinem suam ephymnium etiam in principio totius carminis ponendi (idem in Pervigilio Veneris factum est) nullo popularis et lyricae poësis exemplo novavit. Simili enim modo Archilocheum carmen, cujus ephymnium erat τήνελλα καλλίνικε, incipit ab ὦ καλλίνικε, Aristophaneum Ran. 397, cujus ephymnium Ἴακχε φιλοχορευτά, συμπρόπεμπέ με, in principio habet Ἴακχε πολυτίμητε. Quum vero versus intercalaris appellatio et parum commoda sit et a vera illarum repetitionum natura aliena, ἐπῳδός autem, quo nomine Scholia utuntur, certo usu ad aliud genus versuum pertineat, recte mihi agere videor, si omnes versus in fine stropharum repetitos, sive lyrici sunt sive bucolici, aeque breviores ac longiores, *ephymniorum* appel-

latione comprehendam. Ephymnium carmini praemissum ἀναλόγως *prohymnium* appellabitur.

Arcta vero bucolicorum ephymniorum conjunctio cum lyricis illis vel sacris vel popularibus, etiam magis apparet, si utrorumque verba et sententiae comparantur. Simplicissimum genus ephymniorum nihil nisi vocativum aliquem continet. Quo pertinent ὦ Διθύραμβε, Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι' ὦ, ἄξιε ταῦρε, vel addita interjectione, ἰὴ ἰὴ Παιάν, unde ἵηιε Παιάν correpta vocali natum, τήνελλα καλλίνικε. Rarius accusativum habent, ut αἴλινον et mesymnium Ὑμήναον. Paullulum augentur imperativo, ut in Catulliano *Hymen o Hymenaee Hymen, ades o Hymenaee,* in phileliade ἔξεχ' ὦ φίλ' Ἥλιε, iulo πλεῖστον οὖλον οὖλον ἵει, ἴουλον ἵει. Eo pertinet etiam mesymnium illud ἒ ἒ λέγ', ἒ ἒ λέγε, unde pentametrum et elegorum appellationem originem sumpsisse Welckero praeeunte feliciter divinavit G. Hermannus, vid. Welcker Kl. Schr. p. 61. Apparet autem etiam simplicissima illa ephymnia tacite imperativi aliquam notionem continere, qualem in Hymenaeo Catullus addidit. Reliqua quoque ephymnia pleraque imperativos habent, vel quae imperativorum loco sunt, ut Aeschylea αἴλινον αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω — εὐφαμεῖτε δὲ χωρῖται — ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς — βάσκε πάτερ ἄκακε Δαρειάν, Aristophanea Ἴακχε φιλοχορευτὰ συμπρόπεμπέ με et in carminibus amatoriis μεθές, ἱκνοῦμαί σ' Ἔρως κ. τ. λ. — ἄνοιξον, ἀσπάζου με κ. τ. λ., denique in Pervigilio Veneris. Paucissima ephymnia lyrica excipiuntur, ut Bacchylidea et Aeschyleum πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν praeter longiora hujus epiphthegmatica pleraque. Bucolica autem (excepto hoc Bionis carmine, ut vulgo legitur) omnia regulam sequuntur:

Theocr. I.	ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι (πάλιν) ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
	λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι ἴτε λήγετ' ἀοιδᾶς.
» II.	ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
	φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο πότνα Σελάνα.
Mosch. III.	ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος ἄρχετε Μοῖσαι.

Virgil. VIII. incipe Maenalios mecum mea tibia versus.
ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Calpurn. XI. cantet amat quod quisque; levant et carmina curas.

Etiam in Valerii Catonis Diris, quod carmen aliquo jure inter bucolica numerari potest, major pars versuum intercalarium in varias formas mutatarum admonitionem vel optationem continet. Ceterum hic Theocriteo more prohymnium praemisit.

Si vero quaeramus, qui ephymniis illis compellentur, primum non mirabimur, quod saepe Dei invocantur, ut adsint in eo quod agitur. Eo bucolicorum quoque Graecorum pleraque ephymnia pertinent. Aliis homines compellantur, e quibus id genus antiquissimum esse videtur, ubi ephymnio ad lamentationes vel aliam acclamationem excitatur, ut fit in Aeschyleis αἴλινον αἴλινον εἰπέ — εὐφαμεῖτε δὲ χωρῖται — ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς et in illo ἓ ἓ λέγε, quod conjectura asseculi sunt. Welckerus l. c. hoc epiphonema, Aeschyleo illo primo collato, ita intelligi voluit, ut ὁ ἐξάρχων τοῦ γόου reliquos ad acclamationem lugubrem excitaverit. At apud Aeschylum vix credibile est, non totum chorum illa ephymnia accinere; quare credere malim, chorum illis formulis se vicissim ad clamandum excitasse, frequenti vero usu factum esse, ut exhortatio pro ipsa acclamatione acciperetur. In paraclausithyro Aristophaneo ephymnium puellam amatam appellat, in Catonis Diris pars ephymniorum Battarum tibicinem. Alia adeo alloquuntur instrumenta, quorum vel in cantu partes erant, vel in ea re quae agebatur, ut Theocr. II. ἴυγγα, Virgil. VIII. *tibiam*, in Diris semel *fistulam*, tum Virg. VIII. et in Diris aliquoties *carmina* ipsa. Calpurnius et Auctor Pervigilii Veneris ab antiquo ephymniorum instituto eo aberrarunt, ut iis sententias communes pronuntiarent.

De carminis Bionei ephymniis et compositione strophica.

Bionis carmen ad Adoniorum partem tristem pertinet sicut Theocriti Adoniazusae ad partem laetam. Luctus vero Adonidei solenne epiphonema erat αἰαῖ Ἄδωνιν, cf. Arist. Lys. 393. de Adoniis Atticis: ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη αἰαῖ Ἄδωνιν φησί. Bio eodem epiphonemate, si recte emendavimus, usus est vs. 32, addito vero articulo et dirempta interjectione a nomine vs. 92. 95. Deinde satis credibile est, alterum epiphonema, quo poëta utitur, αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν ex ipso Adoniorum usu petitum esse. Hoc recte servatum est vs. 28. 62., corruptum vs. 86. restituit Lennepius. Aliam ejusdem formam τὰν Κύπριν αἰαῖ poëtae ex optimis libris reddidimus; epiphonema auctum est in Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα-αἰαῖ vs. 39. Tum ex ipso carmine certissime colligi potest, in luctu de Adonide solenne fuisse ut, quicunque alios conveniret, mortem Adonidis his fere verbis nuntiaret „ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις", eodem more, quo nunc sacro die resurrectionis Christi Russi obvio cuique acclamare solent „*Christus resurrexit.*" Adoniorum mos maxime apparet vs. 94, ubi Gratiae describuntur ὤλετο καλὸς Ἄδωνις ἐν ἀλλήλῃσι λέγοισαι et vs. 5., ubi ipsa Venus πᾶσι λέγειν jubetur ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις. Imitatus est Moschus III, 6, αἰαῖ βάμβαλε τοῖς πετάλοισι, καλὸς τέθνακε μελικτάς, 17. εἴπατε πάσαις Βιστονίαις Νύμφαισιν, ἀπώλετο Δώριος Ὀρφεύς; deinde Nonnus Dion. 15, 398 seqq. in lamentatione de Hymni morte, ubi quater repetitur versus βούτης καλὸς ὄλωλε, καλὴ δέ μιν ἔκτανε κούρη.

Apparet autem hoc carmine, Venerem eodem modo plangentem describi, quo mulieres ipsis Adoniis plangebant, quae Veneris luctum imitari credebantur, cf. Ovid. Met. 10, 726, ubi Venus: *repetitaque mortis imago annua plangoris*

peraget simulamina nostri. Nuntiatur Veneri mors Adonidis, quomodo mulieres inter se nuntiabant, neque aliter in fragmento, quod recte Sapphoni tribui videtur Sapph. fr. 62. Bgk. κατθναίσκει, Κυθέρη᾽, ἅβρος Ἄδωνις; excitatur ad planctum, quomodo hae se excitabant, cf. Arist. Lys. 395. ἡ γυνὴ ᾽πὶ τοῦ τέγους κόπτεσθ᾽ Ἄδωνιν φησίν. Si quis vero quaesiverit, quis Veneri nuntiet et eam excitet, rectissime, nisi fallor, secundum Nonni imitationem Dion. 5, 370 seqq. (vid. Adn. Crit. ad vs. 20 seqq.), apud quem αὐτοδίδακτος ὀρεστιὰς φήμη Autonoae Actaeonis mortem nuntiat, respondebitur, per poëtae os divinam quandam famam nuntiare, divinam quandam vocem excitare.

His praemissis ad ipsa carminis ephymnia accedere licet, quae vel primo obtutu alio variationis genere uti cognoscuntur atque apud reliquos bucolicos. Apparet ea, ut rei aptissimum erat, sacris illis acclamationibus et nuntiis contineri; sed, ut vulgo leguntur, pleraque aliquid offensionis habent. Primum commemorantur in iis Amores ἐπαιάζοντες i. e. sacrum illud epiphonema αἰαῖ sive τὸν Ἄδωνιν sive τὰν Κυθέρηαν accinentes. Cui vero Amores ἐξάρχοντι τοῦ γόου accinere apte fingi poterant nisi Veneri lamentanti et plangenti, cujus quasi chorum efficiunt? Et Veneri apertissime acclamare dicuntur vs. 62. ὧδ᾽ ὀλοφύρατο Κύπρις· ἐπαίαζουσιν Ἔρωτες, ubi sequenti versu ipsa Amorum acclamantium verba contineri, „αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις“ plerique recte intellexerunt; male Hermannus Divo, Eobano Hesso, Wintertono, Longopetraeo praeeuntibus versum tanquam intercalarem ab ipso poëta pronuntiatum a praecedenti disjunxit. Hinc intelligitur versus 28. 88. αἰαῖ τὰν Κυθέρειαν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες vulgo recte ita distinctos et intellectos esse, ut epiphonema αἰαῖ τ. Κ. ipsorum Amorum sit, minus recte a Longopetraeo, Hermanno, aliis hoc cantanti tributum esse, cui Amores acclamarent. Jam vero in prohymnio et primis ephymniis vs. 6. 15., ubi ante illud ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες vulgo legitur αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, probari nequit, si Amores

cantori, vel quisquis Venerem alloquitur, lamentanti accinere dicuntur. At prima illa persona αἰάζω omnino a consuetudine ephymniorum aliena est; frequentissimus contra imperativi usus isque, ut supra exemplis demonstravimus, etiam eorum verborum, quae varia genera clamoris indicant. Et imperativum desideravit etiam Vossius, ut apparet ex ejus interpretatione „Klage, Gesang, um Adonis." Itaque nulla fere mutatione restitui αἴαζ' ὦ τὸν Ἄδωνιν, ut his ephymniis Venus ad lamentandum excitetur et hujus lamentis Amores acclament. Eadem mutatio in vs. 67 necessaria, quem prohymnio respondere mox docebimus. Simillimum vitium apud Aeschylum Choeph. 930. Seidlerus de Vers. dochm. p. 89. sustulit ἐπολολυξάτω in ἐπολολύξατ' ὦ mutando. Ipsum vero ὦ τὸν Ἄδωνιν exstat in frustulo, quod recte Sapphoni tribui videtur fr. 63, et ὦ τὸν Ἀδώνιον in alio simili fr. 108. Malui autem in his ὦ scribere quam ὤ, quomodo Hermannus apud Aeschylum edidit, quum vocula potius κλητική sit quam σχετλιαστική. Illo enim sensu non minus recte cum imperativis quam cum vocativis jungitur, ut accedente vocativo Soph. Aj. 91. ὦ χαῖρ' Ἀθάνα, cf. El. 656. Aesch. Ag. 22. Suppl. 586. Callim. Lav. Pall. 13., sed etiam sine vocativo Eurip. Tr. 335. βοάσατ' εὖ τὸν Ὑμέναιον ὦ, Soph. Aj. 371. ὦ πρὸς θεῶν ὕπεικε, Oed. R. 1037. ὦ πρὸς θεῶν, πρὸς μητρὸς ἢ πατρός; φράσον, cf. Arist. Eccl. 970. σὺ δέ μοι φίλτατον ὦ ἱκετεύω ἄνοιξον, ubi minus recte ὢ editum. In dictione Sapphica ὦ τὸν Ἄδωνιν agnosco eandem ellipsin, de qua supra in mesymnio Ὑμήναον admonni, sc. ᾄδετε, αἰάζετε vel simile quid. Ita ὦ elliptice sine vocativo et imperativo dictum in cantilena Locrica Athen. XV, 697. B. ὦ τί πάσχεις i. e. ὦ φίλε λέγε, τί πάσχεις;

Haeret autem alia offensio in librorum lectione ἐπαιάζουσιν. Praesens historicum probum est vs. 28. post Veneris planctum descriptum, praesertim postquam in proxime antecedentibus praesentia pro imperfectis restituimus. Contra in vs. 62, ubi post aoristum ὧδ' ὀλοφύρατο Κύπρις jam Her-

mannus praeteritum desideravit, Divi interpretatione adjuvante restitui ἐπαΰτησαν, vid. Adn. Crit. Tum in prohymnio et primis ephymniis potius jubetur lamentari; quare levissima mutatione (nam frequentissime ζ et ξ confunduntur) restitui futurum ἐπαιάξουσιν vel Aeolice ἐπαιάξοισιν, quo poëta pro imperativo ἐπαιαζόντων usus est, qui versui non commodus erat. Eodem sphalmate Euripidem Herc. f. 1047 Hermannus liberavit, αἰάξετε sententia flagitante pro αἰάζετε restituens. Simile vero quid jam Eobanus Hessus sensit, qui vs. 6 his verbis expressit: *flemus Adonin, Acidalii ploretis Amores.*

Ad quaestionem de carminis compositione strophica progredientes primum hoc statuimus, duas carminis partes distinguendas esse, quarum prior vs. 1—63 pertinet ad Adonidem moribundum in montibus jacentem, altera vs. 67 — fin. ad mortuum in Veneris toro collocatum. Versus 64—66 spurios esse infra demonstrabimus. Strophas dicimus, quae ephymniis clauduntur, etiamsi nulla responsio metrica appareat, quae hic solo versuum numero contineri posset; ipse Hephaestio loco supra allato docet, etiam ἀνομοιόστροφα ephymniis claudi posse; neque in Valerii Diris et Pervigilio Veneris (ut Moschum nunc praetereamus) talis responsio reperitur. Ephymnia vero ea agnoscimus, ubi Amores acclamare dicuntur.

Pars prior praeter prohymnium quatuor strophas complectitur, quarum sententias et ephymnia jam paucis indicabimus:

Prohymnium vs. 1. 2. Venerem ejusque comites Amores ad lamentationem excitat, nuntium de Adonidis morte afferens, qui hoc loco aptissime repetitur, quum Venus dormiens fingatur, cf. infra Adn. Crit.

Stroph. A. vs. 3—6. Pergitur in Venere ad planctum de Adonide excitanda, cum ephymnio

αἴαζ' ὢ τὸν Ἄδωνιν· ἐπαιάξοισιν Ἔρωτες.

Stroph. B. vs. 7—15. Describitur Adonis moribundus in montibus jacens, accedente eodem ephymnio

αἴαζ' ὦ τὸν Ἄδωνιν · ἐπαιάζοισιν Ἔρωτες.

Stroph. C. vs. 16—28. Depingitur Veneris dolor vesanus, quo facto quum ephymnium Venerem ad lamentandum excitans ineptum foret, additur aliud ephymnium sententiae egregie adaptatum.

αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

Stroph. D. vs. 29—63. Narratur quomodo montes, arbores, reliqua quae in desertis sunt, tum Adonidis tum Veneris sortem luxerint; accedit Veneris flebilis lamentatio, cui ephymnium, quod secundum strophae argumentum simul Venerem et Adonidem spectat et commodissime in fine hujus partis nuntium mortis repetit, in hunc modum adnexum est:

ὧδ' ὀλοφύρατο Κύπρις · ἐπαΰτησαν Ἔρωτες
αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.

Altera pars carminis pejus habita est. Neque tamen latet, poëtam insigni arte responsionem inter utramque partem quaesivisse, non metricam, sed sententiarum, unde de majore lacuna certum judicium fit. Hujus partis strophas antistrophas dicemus, non vulgari sensu, sed propter sententiarum responsionem.

Antiprohymnium vs. 67 repetit admonitionem et nuntium prohymnii, sed concinne in brevius contracta.

Antistr. A. vs. 68—79. Ut in str. A. Venus ad plangendum Adonidem excitatur, ita hic mortuum in suo lecto collocare et omni cura mortuo marito debita colere jubetur. Vide quomodo inter se respondeant utriusque strophae initia μηκέτι πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι Κύπρι κάθευδε et μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖσι τὸν ἀνέρα μύρεο Κύπρι. Excidit autem culpa librariorum ephymnium, quod secundum stroph. A. in hunc modum restitui

αἴαζ' ὦ τὸν Ἄδωνιν · ἐπαιάζοισιν Ἔρωτες.

Antistr. B. vs. 80—87. Ut stroph. B. Adonidem describit in montibus jacentem, ita haec antistropha in Veneris lecto positum; ut illa incipit κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐν ὤρεσι, ita haec κέκλιται ἁβρὸς Ἄδωνις ἐν εἵμασι πορφυρέοισιν. At ephymnium, quod vulgo versum 86 excipit, nunc vs.

88. αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν ἐπαιάζοισιν Ἔρωτες, hujus strophae argumento minime accommodatum est; supplevi secundum stroph. B. ephymnium sententiae conveniens

αἴαζ' ὢ τὸν Ἄδωνιν · ἐπαιάξοισιν Ἔρωτες.

Antistr. C. Secundum strophae C. analogiam hic narrari oportebat, quid jam Venus egisset. Periit autem haec tota antistropha praeter ephymnium vs. 88, quod cum stropha commune habet. Neque quenquam crediderim, quamvis strophicae responsionis ratione non habita, non aegre desideraturum aliquam commemorationem, quomodo Venus erga Adonidem in suo lecto positum se gessisset. Quid fere narratum fuerit, probabili conjectura assequi licet. In Adn. Crit. ad vs. 83 seqq. demonstrabimus, in hac lugubri Adoniorum parte tristissimas quasdam nuptias Veneris cum Adonide celebratas esse vel a poëta celebratas fingi. Et Venerem etiam mortuo Adonidi accubuisse memorat Theocritus III, 48 (Κυθέρεια) οὐδὲ φθίμενόν νιν ἄτερ μαροῖο τίθητι (i. e. μηροῦ); nam ita legendum pro vulg. μαζοῖο, v. l. in Scholl. μάλοιο. Itaque narratum erat in hac stropha, Venerem Adonidi quanquam mortuo accubuisse eumque cum acerbissimo dolore amplexam esse; accedebat ephymnium servatum

αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν ἐπαιάζοισιν Ἔρωτες.

Antistr. D. vs. 89—98. In str. D. Adonidem in montibus prostratum et alternis Venerem vesano dolore in desertis errantem lugent montes, arbores, flumina, fontes, denique, si recte vidimus, luscinia saltuum incola; acclamant vocem lugubrem Amores, soli Veneris etiam per deserta comites. In hac antistropha ad thalamum Veneris accedit Hymenaeus choragus cum Gratiarum Musarumque choro epithalamium cantaturus (cf. Adn. Crit. ad vs. 83 seqq.); jam vero sponso mortuo hymenaeus in ialemum convertitur, θρῆνος ὁ ὑμέναιος, ut in simili casu dicit Achilles Tat I. c. 13, cf. III. c. 10. Deinde ut in str. D. Venus Adonidem flebiliter orat ut maneat, ita hic Musae Adonidem mortuum ab inferis revocare student; ut illic Venus despe-

rans maritum Proserpinae concedit, ita hic Proserpina Adonidem invitum retinere dicetur. Scite autem poëta fecit, quod, quum per stropham in venustissima illa Veneris lamentatione commoratus esset, in hac antistropha eandem dolore obrutam tacere jussit ejusque partes Musas suscipere voluit. Eaque ipsa de causa, quod Venus hic nihil vel dicit vel facit, cui Amores acclamare possint, pro strophae ephymnio hic accedit

Epilogus vs. 99, 100, quo Venus a lamentatione et planctu, hoc certe die, desistere jubetur; anno redeunte luctum repetendum esse.

Hanc igitur compositionem strophicam et hunc ephymniorum usum agnoscimus. Apparet poëtam in hoc multo liberius versatum esse quam Theocritum et Moschum, sed egregia cum arte. Quod quaedam ephymnia admisit, quae adhortatione carent, eo faciliorem excusationem habet, quod gravissima horum pars sacro epiphonemate continetur. In compositione strophica forsitan aliquis vituperaverit, quod in str. D. diversa conjuncta esse videntur, montium arborumque etc. luctus et ipsius Veneris lamentatio. Ipse vero poëta hujus longioris strophae duas partes distinxit. Memorabili enim instituto complurium stropharum primo versu antecedentis sententia repetitur vel respicitur et inde ad novam sententiam transitur. Ita

16. ἄγριον ἄγριον ἕλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνις.
29. ὤλεσε τὸν καλὸν ἄνδρα, συνώλεσεν ἱερὸν εἶδος.
68. μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖσι τὸν ἀνέρα μύρεο Κύπρι.
80. κέκλιται ἁβρὸς Ἄδωνις ἐν εἵμασι πορφυρέοισιν.

Simillime vero se habet versus 39. Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα τίς οὐκ ἐκλαύσεν αἰαῖ; Nam verba Κύπριδος αἰνὸς ἔρως et Veneris et Adonidis sortem comprehendunt. Poëta igitur, nisi fallor, hanc stropham in duas divisisset, si priori parti ephymnium Amorum adlamentantium apte addi posset. Praeterea antistrophae, quae minime in duas strophas dissecari poterat, egregiam responsionem respexisse videtur.

In diversissima abiit G. Hermanni judicium, qui de

sententiarum responsione et ephymniorum apta variatione minime sollicitus id unum egit, ut metricam aliquam responsionem restitueret. Distinxit autem novem strophas hos numeros versuum complexas: 5. 10. 10. 10. 10. 25. 25. 7. 7., versus intercalares quosque ad sequentia trahens. Neque tamen id nisi violentissime efficere potuit. Primum has lacunas statuit: post vs. 6 unius versus, post vs. 24 septem versuum, e quibus versum intercalarem de suo restituit, in medio vs. 70 lacunam unius versus spatium explentem, item in vs. 75, post vs. 76 unius versus. In Adn. Crit. docebimus, nullam ex his lacunis quidquam probabilitatis habere, adeo plerisque in locis ab Hermanno divulsa esse, quae arctissimo sententiae vinculo juncta sunt. Idem fieri versu intercalari, quem post vs. 94 inseruit, jam supra satis demonstratum est. Praeterea transposuit versus 37. 38., ut ille pro intercalari esset, et ejecit vs. 67, de quibus in Adn. Crit. dicemus.

De carminis dialecto.

Carmen, ut in libris traditum est, incredibili dialecti inconstantia laborat. Quam qui tollere studuerunt, Brunckius potissimum et G. Hermannus, lubitum potius quam certas rationes secuti sunt. Attamen ea quaestio, quanquam in misero librorum statu maximis difficultatibus impedita, digna est quae diligenter tractetur.

Ordiamur igitur ab eo quod in carminis dialecto maxime notabile est. Poëta enim e dialecto Aeolica non solum ea admisit, quibus etiam Theocritus usus est, ut λέγοισαι 94., Μοῖσαι 96., ἐπτέρνισδε 83, sed etiam alia quaedam, quae a dialecto Theocritea aliena sunt (de hujus carminibus Aeolicis

non loquor); nam Id. XX inter Theocritea certissime non Theocriti est, cf. Meinek. Praef. p. V. Eo pertinent ἔμμι 58. et tertiae personae plurales φορέοισιν 85., quod suadente Ameisio *de art.* p. 7 recepi ex codd. M. K. c. (faventibus etiam reliquorum librorum lectionibus φορέησιν, φορέησιν, quum οι et η vulgo confundantur), ἀνακλείοισι, quod secundum optimos codices 23. M. restitui; denique Κυθέρηα 59. (cf. Sapph. fr. 62 et Dial. Aeol. p. 91 not. 6), quod solus 23. suppeditavit. Apparet autem, quam librarii in formas Aeolicas saevierint, quum ex illis septem solae λέγοισαι et ἐμμὶ consensu librorum firmentur, φορέοισιν, ἀνακλείοισι, Κυθέρηα eorum parte, Μοῖσαι autem et ἐπτέρυσδε conjecturis e Μοῖραι et ἔπτερον ὅς δὲ restitutae sint. Vix igitur dubium videri potest, quin librarii etiam plura Aeolica sustulerint vel obleverint.

Videor autem mihi aliquot formas Aeolicas etiam reconditiores in librorum corruptelis detexisse. Primum quum in vs. 76 vulgo legatur καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη, sequentis sententiae analogia potius imperativum postulante, nihil quod sententiae satisfaciat, facilius restitui potest quam κ. ἀ. πάντα μαράνθην, ut infinitivus hic Aeolicus (Dial. Aeol. p. 141) pro imperativo positus sit. Deinde vs. 39 vulgo legitur τίς οὐκ ἔκλαυσεν ἂν αἰαῖ; ubi particula ἂν merito Hermanno sententiam perdere visa est; deest autem in optimis libris. Iam vero pro κλαίω Aeolicum est κλαΐω vid. Dial. Aeol. p. 105. Quum vero certum sit, verbi κλαίω antiquam stirpem in digamma exisse ΚΛΑϜ, vix dubitari posse videtur, quin Aeoles veteres pronunciaverint κλαϜίω, deinde κλαυίω cf. Dial. Aeol. p. 36 seqq. et Aeolicum ἀρεύιος, quod Schneidewinus Philol. III p. 381 ex optimo codice Alcaeo fr. 23. vindicavit pro ἄρειος. Aeolica vero forma ἔκλαυιεν pro ἔκλαυσεν restituta non solum versus suspecta vocula ἂν non indiget, sed imperfectum etiam sententiae melius convenire videtur. Confirmatio aliqua accedit e Parthenio. Qui liberius in dialecto constituenda versatus finxit adeo novam formam ὑμέες ne Ionibus quidem cognitam

vid. Apoll. de pr. p. 116) etiam Aeolicis formis ab epica dialecto alienis haud raro carmina sua temperasse videtur. Nam in reliquiis ejus quamvis parcis haec Aeolica leguntur: fr. 10 Ἄρπυς pro Ἔρως, quod teste Hesychio Aeolicum, fr. 14 περιχεύετε cf. Dial. Aeol. p. 36. 37., fr. 32 βεῦδος i. e. πέπλος, quam vocem et Callimachus fr. 155 et Parthenius Sapphoni fr. 155. acceptam referunt. Ad hanc Aeolicae poesis imitationem refero fr. 14 ὑμέες Αἰόλιον περιχεύετε sc. μέλος, quum Meinekius Αἰόλιον pro nomine proprio aut viri aut oppidi acceperit. Iam in fr. 32 e Parth. Er. 11. unicus codex haec praebet

κλαῖεν ἀδονίδων θαμινώτερον, αἵτ' ἐνὶ βήσσῃς
Σιθονίῳ κούρῳ πέρι μυρίον αἰάζουσιν,

ubi quum e D. Heinsii emendatione scriptum sit κλαῖεν ἀηδονίδων, Meinekius proposuit κλαῖεν ἄρ' ἀδονίδων vel ἔκλαι' ἀδονίδων. Mihi potius nulla mutatione literarum κλάϊεν ἀδονίδων legendum videtur, praesertim quum Parthenius in eodem fragmento Sapphica voce βεῦδος usus sit. Insunt autem in illo fragmento et alia quaedam cum Bionis carmine communia. Primum ἀηδόνες ἐν βήσσαις αἰάζουσαι, siquidem Bionis locum vs. 36. 37. recte restituimus. Deinde numerorum ratio, ne legitima caesura absit, πέρι cum praecedente dativo jungi vetat, nec facile probari potest locutio μύρεσθαι περί τινι. Itaque Parthenius junxit αἰάζουσιν κούρῳ cf. Bernhardy Wiss. Synt. p. 86 et πέρι μυρίον, rectius περιμυρίον, qua dictione auxit Bioneam περιπολλὰ ὠρύονται vs. 18., ubi vid. Adn. Crit. Postremo dubito an Kayserus et Westermannus recte viderint, quanquam a Meinekio vituperati, qui pro Σιθονίῳ scripserunt Σιδονίῳ, ut potius Syrius Adonis nominaretur quam Thracis Terei filius Itys; saepe vero Σιδόνιος et Σιθώνιος vel Σιθόνιος premutata sunt, vid. Unger Parad. Theb. p. 454. Luscinias ob Adonidem querentes Parthenius rariora sectatus ex illo Bionis loco arripere poterat, quanquam antiquitus fabulae de Adonide et de Itye conjunctissimae sunt, quam in rem hic afferre sufficiat, quod ipse Adonis teste Hesychio Ἰταῖος nominatus et quod hirundo,

Veneri sacra Ael. H. A. 10, 34, ἀδωνῆϊς appellata est, vid. Meinek. Anall. Alex. p. 285. Neque Parthenius, nisi fallor, si Ityn intelligi voluisset, *luscinias* κούρῳ αἰάζειν dixisset, sed *unam* κοῦρον αἰάζουσαν fecisset. Ceterum aut Parthenius Bionem imitatus est aut uterque Sapphonem; nam hujus carminibus Adonicis Bionem usum esse, alia indicia exstant cf. supra p. 38 et Adn. Crit. ad vs. 91. Parthenius autem, cujus fr. 26. 27. 33. ad Adonidem pertinent et tria carmina ἐπικήδεια commemorantur, vid. fr. 1—3, habebat, cur vel Sapphonem vel Bionem sequeretur. Obiter Parthenio pro θαμινώτερον, quod Ruhnkenius in ἀδινώτερον mutari jussit, θαλερώτερον reddendum censeo, cf. Theocr. XIV, 32 ἔκλαεν ἐξαπίνας θαλερώτερον.

His statutis etiam aliis quibusdam Aeolismi vestigiis in Bionei carminis libris aliquid tribuendum esse videtur. Cujus generis est optimorum librorum lectio φέρηται pro φορεῖται vs. 23, Aeolicae formae φόρηται index, deinde vs. 60. κυνάγεις, quod sententia suadet ut praesens existimetur, Aeolico accentu scriptum; neque aliter de πόθει vs. 74 judicandum, siquidem ita in codicibus legitur. Attamen obscuriores hos Aeolismos re dubia tolerare vel inferre nolui. Tum inter Aeolica referri possit ζώη 46, quam formam libri tuentur, ἐγχέη 64. in Ald. I, vid. Dial. Aeol. p. 91; illud recepit Brunckius, insuper e pejorum librorum lectione καὶ ἄρη vs. 55. καταρρῆ procudens, et 13. ἀρέσκη e conj. edens. Sed uti l. l. genuinae Aeolidi in pers. 2. 3. diphthongum ει vindicare studui, ita hic suspectas formas repudiavi. Memorabilia etiam psilosis exempla quaedam in libris reperiuntur: vs. 23. ἄμορφα pro ἁ μορφὰ 23., 64. ἀπαφύη pro ἁ Παφίη 23. Ald. I. in versu spurio, 44. ὤς Ald. I., 62. ὦδ' Ald. I. II. Call., 16. 17. 40. ἕλκος Ald. II., 80. ἀβρός K. et εἵματα Ald. II. Iunt. Attamen nullum vestigium tenuis ante vocales vulgo aspiratas servatae, sed χὦ 82. 84. omnibus libris munitur. Nam lectio ἀπησεῖ quam Brunckius vs. 12. tanquam Doricam recepit, haud dubie corrupta est. Accedit quod in articulo et cognatis voculis ὡς, ὧδε genuina Aeolis potius

asperum servabat, vid. Dial. Aeol. p. 24. seqq. Quare illae psiloses librariorum negligentiae potius tribuendae videntur quam ad Aeolicam carminis proprietatem referendae. Adeo in nomine Ἅδωνις optimus liber contra vulgarem usum aspirationem tuetur, vid. Adn. Crit. ad. vs. 78.

Aliquoties, ut dialecti inconstantia paullulum minueretur, Aeolismum etiam nulla librorum ope restitui. Et κωκύοισα quidem vs. 23 jam a Brunckio et Hermanno pro κωκύουσα editum erat, ἔμμι vs. 56 ab illo (nos ἔμμι cum accentu Aeolico); ipse tertias personas plurales ἐπαιάζουσιν vel ἐπαιάζουσιν 2. 6. 15. 28. 88., κλαίουσιν 19., κείρουσι 22. (pejj. κείροντι vel τείροντι) κλαίουσι 33., ἀναστενάχουσιν 82, ἐπαείδουσιν 97. in Aeolicam formam — οισι(ν) mutavi. Nam quum librorum consensus Doricas formas tueatur has λέγοντι 32. 95., δακρύοντι 34., κλαίοντι 93., nec credibile sit poëtam triplici forma usum esse, adeo ἀνακλείοισι et ἐπαείδουσιν vs. 96. 97. conjunctissima posuisse, Aeolicae autem formae φορέοισι 85. et ἀνακλείοισι 96. librariis aegre tribui possint, valde probabile est obscuriorem terminationem Aeolicam —οισι saepius in omnibus libris vulgari —ουσι levissime differenti cessisse. Deinde nomen deae ubique Κυθέρηα scripsimus, semel codicis 23. ope, idque eo confidentius, quod hoc genus Aeolismi etiam in reliquiis Bioneis a Stobaeo servatis reperitur, ubi IX. 1. Ἀφρογενήας, VII, 10. μήονα libris firmantur. Neque fere dubito, quin multo plura Aeolica in hoc carmine a librariis obliterata sint. Bio enim quum omnino plura Aeolica nec temere assumpserit quam Theocritus, in hoc quidem carmine Sapphonis poësin Adoniacam imitato, antiquo Graecorum poëtarum mori (vid. quae disputavi in Actis Philologorum Germ. 1852) convenienter egit, si dialectum Αἰολικωτέραν esse voluit quam in reliquis.

Praeter Aeolica illa librorum auctoritas etiam multas *epicas* formas tuetur a Theocriti usu alienas. Primo loco commemoramus, in quibus minime corruptelae suspicio esse potest. Pronomen personae secundae in his formis

legitur: N. σὺ 50., G. σεῦ 73., σευ 48., D. σοὶ 60., A. σὲ 55. 100., σε 43. 44. 53., σ' 50., quo accedit pronomen possessivum σὸν 70. 78., τεὸν 48. Vides inter tot formas nullam esse non epicam, neque libri usquam pro illis Doricas formas offerunt. Unum τὺ Διώνα 95, quod adversatur, sententiae nomine propulimus. Similem usum Bio in reliquis carminibus observavit, ubi haec leguntur: N. σὺ II, 28, G. σέο II, 32, σεῖο II, 31. IV, 16., σεῦ III, 10, D. σοὶ I, 60, τοι III, 2. 7. XIII, 3. In X, 3. Ameisius e librorum lectione καὶ τὶν αὐτά, quam versus respuit, recte καὶ τεῒν αὐτᾷ elicuisse videtur, quae et ipsa forma Homerica. Attamen τὺ IX, 5 non audeo damnare. Nam pleraeque ex illis formis non minus Aeolicae sunt quam epicae, ut poëta in hac parte utramque dialectum secutus esse videatur; τὺ vero et σὺ apud Aeoles promiscue in usu erant.

Accusativum μιν, quem librorum consensus vs. 14. 25. 77. 80. 97. 98. tuetur, Brunckius aliquoties, Wakefieldius, Ameisius, Hermannus ubique in νιν mutarunt, quae forma vs. 21. 72 in omnibus libris tradita et vs. 75 certa emendatione (δέ νιν pro δ' ἐνὶ) restituta est. Illos eo minus ausus sum sequi, quod Bio in reliquis pronominibus personalibus Dorismo abstinuit; de Aeolico vero usu neutrius formae constat.

Universae quaestionis de dialecto Bucolicorum nulla pars intricatior est quam quae de Ionici η pro Dorici ᾱ usu agit. Nam librarii ut saepissime pro hoc illud scripserunt, ita facile in mentem inducebant, ut notissimum genus Dorismi restituendum censerent, ubi poëta ipse eo abstinuisset. In hoc vero Bionis carmine codicibus tam malis in utramque partem etiam minus fidei haberi potest. Omnes η tuentur in 47. ψυχῆς, 56. ἀνίην (35. Κυθήρῃ, 64. Παφίῃ in versibus spuriis) 58. ἔπτη, 61. ἐμήναο, 7. 16. 41. 85. μηρὸς, deinde plerique et familia prima in 59. χήρη, 84. φαρέτρην, 60. τολμηρὲ, 94. ἀλλήλῃσι, 99. σήμερον. Editores inde a Brunckio η in terminationibus declinationis I. partim mutarunt, constanter solus Hermannus; praeterea e conj. scripserunt

ἀλλάλαισι Br. Herm., τολμαρὲ Wak., σάμερον Herm. Quos sequendos censui non solum, quod quaedam ex illis mutationibus jam codicibus confirmantur (nam his non multum tribuo), sed etiam quod in Bioneis apud Stobaeum servatis hujus Ionismi vix ulla vestigia reperiuntur. Reliqui autem, in quibus libri consentiunt ἔπτη, ἐμήναο, μηρός, tum ἀλλήλῃσι, quanquam quidam libri ἀλλήλαισι et ἀλλήλῃσι praebent; quas rationes in ea re secutus sim, hoc loco exponere longum est.

Postremo de formis hyperdoricis dicendum, quo pertinent praeter στάθεα, quod quum Ameisius librorum ope recte expulisset, revocavit Hermannus: φίλασον 45. 46. (ἐφίλασεν 14. in v. spur.), φίλαμα 12 (ubi edd. vett. φίλημα) 46. 49. et in v. spur. 13., τριπόθατε 58. Vocalem ᾱ in talibus a genuina et Doride et Aeolide alienum esse docui Diall. II. p. 148. I. p. 85. Librorum vero deteriori generi, in quo solo hoc carmen servatum, quam in ea re fides haberi non possit, inde intelligas, quod iidem Theocrito adeo in Id. XVI. XVII. talia obtruserunt, XVI, 13 φιλάσει, 87. ἀριθματοὺς, XVI, 39, ἐφίλασεν. 74. φιλάσῃ, quae secundum optimos libros Ameisius correxit, nisi quod ὀριθματοὺς reliquit, quanquam et hic duo optimi codices η tuentur. Neque illa e reliquiis apud Stobaeum tueri licet, ubi ἐνόασε IV, 3, τριπόθατος III, 15; nam iidem Stobaei libri VIII, 2 tuentur Θασεύς, pessimam formam et meliorum librorum ope e Theocr. II, 45 profligatam. Itaque Bioni haec hyperdorismorum vitia relinquere nolui.

Quaedam de dialecto in Adn. Crit. tangemus, alia quaestioni de omni bucolicorum dialecto instituendae reservamus.

Adnotatio Critica.

Vs. 1. 2. De emendationibus αἴαζ' ὦ et ἐπαιάζοισιν hic et vs. 6. 15. vid. supra p. 37 seqq., de Ἄδωνις infra ad vs. 78. Inde ab interpretationibus Divi atque Winsemii et editione Stephani (nam priores editiones puncta habent post singula cola, Mor. Mek. colon post Ἄδωνιν, commata post utrumque Ἄδωνις) ita distinctum est, ut repetitum ὤλετο καλὸς Ἄδωνις ab Amoribus acclamatum videatur. Parum recte; nam si poëta ipsam Amorum acclamationem addere voluisset, potius αἰαῖ τὸν Ἄδωνιν positurus erat, justum ἐπαιαγμόν, cui nuntius ὤλετο k. Ἀ. addi poterat ut vs. 63. Itaque distinctione indicavi, nuntium ab ipso nuntiante repeti, cf. supra p. 39.

Vs. 4. Imitatur Nonnus Dion. 47, 161, ubi Icarii occisi umbra Erigonae filiae per somnum visa: ἔγρεο δειλαίη καὶ δίζεο σεῖο τοκῆα.

Vs. 5. Mosch. III, 17. εἴπατε πάσαις Βιστονίαις Νύμφαισιν, ἀπώλετο Δώριος Ὀρφεύς.

Vs. 8. Vossius: wund an dem Schenkel, wund am Lilienschenkel vom Zahn. Ante Heskinum, qui pro λευκῷ proposuit λυγρῷ, jam Eobanus Hessus inepto illo λευκῷ λευκὸν offensus videtur, qui in imitatione sua λευκὸν non expresserit.

Vs. 12. Vulgata lectio ἀφήσει non dubito quin Calliergi ingenio debeatur. Quare probarem ἀνήσει, quod Briggsius in eandem sententiam proposuit, nisi ea ipsa mihi parum apta videretur. Nam neque placet praeoccupata osculi commemoratio cf. vs. 45 seqq., neque verum est, quod lectio vulgata vel Briggsii dicit. Venus Adonide invento nullum morientis osculum nanciscitur; immo mortuum frustra obsecrat, ut expergiscatur se ultimum osculaturus; Adonidem et simul, credo, ejus φίλημα invita Proserpinae concedit. Itaque lectionem optimae auctoritatis ἀποίσει mutavi in ἀνοίσει (ut vs. 7 Ameisius ἐπ' in ἐν) hoc sensu, *„quod*

Venus nunquam ab inferis reducet", cf. Hom. Od. λ, 625. τὸν μὲν ἐγὼν ἀνένεικα καὶ ἤγαγον ἐξ Ἀΐδαο et infra ad vs. 96. Ceterum Ameisius *de art.* p. 10 suspicatur μὴ οὔποτε legendum esse, quae modestior dictio mihi non satis placet.

Vs. 13. 14. Mirum quantum his versibus sententiarum ordo turbatur. Quum enim hac secunda stropha Adonis describatur moribundus in montibus jacens, tertia Venus per silvas Adonidem quaerens, quarta eadem invento conjuge lamentans, et in reliquo quoque carmine chronologicus quasi ordo diligenter observatus sit, non intelligo, quomodo defendi possit, quod jam hoc loco moribundum Adonidem osculari narratur. Quare mihi persuasi, spurios esse hos versus, quorum prior in M. ad marginem adscriptus, in c. omissus est, alter deest in interpretatione Divi, quam loco jam damnato nactus sum. Si recte conjeci, in Antistr. C., quae periit, Venus mortuum Adonidem amplecti et osculari narrata erat. Hoc grammaticum aliquem, ne versus 12. (cum genuina lectione ἀνοίσει) illis adversari videretur, movisse videtur, ut hanc adnotationem marginalem versibus conceptam adderet, qua significatur, quid intersit inter Ἀδώνιδος φίλημα et osculum Veneris mortuo nec sentienti impressum. Verba ὅ μιν θνάσκοντ' ἐφίλασεν fortasse e Mosch. III, 70. τὸ πρώαν μιν ἀποθνάσκοντα φίλησεν ducta sunt.

Vs. 17. Pseudo-Theocr. XX, 17. φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργάν.

Vs. 18. Hermannus, qui in Zeitschr. f. AW. 1837 p. 232. παῖδα in πολλὰ mutari jussit, deinde mutato etiam praepositionis accentu τῆνον μὲν πέρι πολλὰ edidit, junxisse videtur περὶ τῆνον. Attamen locus Theocriteus I, 71. τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο movet, ut accusativum potius a verbo pendere velim, quam a praepositione. Quare scripsi περιπολλά cf. περιπολλὸν Apoll. Arg. 2, 437. 472. 3., 427., Mus. 67. πέρι πολλὸν ἀριστεύσασα γυναικῶν (leg. περιπολλὸν), Arat. 914. φωνῇ περὶ πολλὰ λεληκὼς (leg. περιπολλὰ) ubi Buttmannus et Bekkerus non recte ex uno codice praetulerunt περίαλλα, postremo περιμύριον αἰάζουσιν, quod supra p. 46

Parthenio restitui. Ceterum de πολλά in παῖδα corrupto cf. ad vs. 24. Alteri Hermanni emendationi ὠρύονται praeierunt interpretationes poëticae Vossii „erheben die traulichen Hund' ein Gewinsel" et olim, praesens certe tempus substituendo, Divi et Eobani Hessi »lugent.« Quam veram habeo, etiamsi Calliergi lectio ὠρύσαντο conjecturae debeatur. Nam non solum vicina praesens requirunt, sed meliorum librorum lectio ὀδύραντο prodit, ὀδύρονται scriptum fuisse, (quod ipsum Divus legisse videtur) genuinae lectionis ὠρύονται glossema, sicut in loco illo Theocriteo, ubi aeque ὠρύεσθαι et κλαίειν juncta sunt, partem librorum interpretatio ὠδύραντο occupavit. Servavi autem κεῖνον, quanquam τῆνος legitur 11. 76. Demonstravi enim Dial. Dor. p. 276 seqq., ipsam genuinam Doridem utrumque pronomen usurpasse, κεῖνος in longinquiore demonstratione, τῆνος in propinquiore; aliquando etiam Theocrito κεῖνος vindicabo. Hoc vero loco κεῖνος aptissimum est de Adonide procul in desertis jacente; contra vs. 11. 76. τῆνος probum.

Vs. 21. Librorum lectio νήπλεκτος ferri non potest, quia de capillis jam antea dictum; primus id Eobanus Hessus sensit, qui illius loco posuit »incinctaque corpus honestum.« Brunckii emendatione νήπεκτος, quam Valckenarius probavit, Wakefieldius recepit, offensio parum removetur, quare Ameisius et Hermannus e Bergkii conjectura ediderunt νήπεπλος. At poëtam Venerem finxisse peplo indutam, mox ad vs. 25 demonstrabo. Itaque scripsi νήπαστος, quod a tradita lectione etiam propius abest, i. e. ἄπαστος. Inediae commemoratio in luctu describendo solennis est, ut Hom. Il. τ, 346. Od. δ, 788. Soph. Aj. 324. Maxime vero huc pertinet inedia Cereris filiam raptam multis erroribus quaerentis Hom. h. Cer. 49. 201. Call. h. Cer. 12. 16. (multum omnino analogiae inter fabulas de Proserpina et de Adonide), deinde Ionis errantis Aesch. Prom. 575. 601., postremo Antigonae cum patre circumvagantis Soph. Oed. C. 348. πολλὰ μὲν κατ' ἀγρίαν ὕλην ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη, quem locum Bio expressisse videri potest.

Vs. 23. Vulgata lectio ἄγκεα sola pessima librorum familia niti videtur, quum in melioribus sit ἄγγεα. Et vereor, ne in hoc potius αἴπεα lateat, quod facillime ita corrumpi poterat De αἶπος cf. Hesych. αἶπος, — ὑψηλὸς τόπος ἢ ὑλώδης, E. M. 37, 34. αἶπος γὰρ ὑψηλὸς τόπος, ἀκρωτήριον, Scholl. Theocr. I, 1, l. 51. αἴπεσι, τουτέστιν ὑψηλοῖς τόποις καὶ τραχέσι, Anecdd. Oxonn. II. 320, 20. αἶπος, τὸ ἀκρωτήριον. Poëtae pro ὄρος usurparunt, vid. Thesaur. et Meinek. Anall. Alex. p. 289., et apud Theocritum VII, 148 in cod. l. ipsa interpretatio ὄρος pro αἶπος in textum irrepsit. Eadem vox apud Suidam in ἄγκος corrupta criticos latuit: ἄγκος, ὑψηλὸς τοῦ ὄρους τόπος ποσσὶ δ' ἀνελθεῖν ἄγκος ἐς ὑψικάρηνον ἐδίζετο (e poëta ignoto). Nam αἶπος restituendum esse ipsa Suidae interpretatio docet, qui antea recte ἄγκη, οἱ φαραγγώδεις καὶ ἀγκυλοειδεῖς τόποι. Videtur autem αἶπος primum in ἄγγος tum in ἄγκος depravatum esse, ut in glossa proxime antecedente ἀγκοπήνια scriptum est pro ἀγγοπήνια. Tum eandem vocem agnosco apud Moschum III, 128, ubi de Proserpina vulgo ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν αἰόσι. Pro hac voce aperte corrupta in Ald. II est Ἄιοσι, in 23. L. M. Ald. I. ἀόσι, 6. (=h Gaisf.) ᾄοισι, Im. ἠϊόνεσι, postremo in Vind., qui prae reliquis bonae notae ἀγγέσι cum v. l. ἄγκαι-, unde auctore Ruhnkenio Meinekius, Ameisius, Hermannus ἄγκεσι, voce Αἰτναίαισιν in Αἰτναίοισιν vel Ἐνναίοισιν mutata. Rectius opinor αἴπεσι scripsissent, conspirante Oppiano, quem Meinekius comparavit, Hal. 3, 489. Περσεφόνην ἥρπαξεν ἀπ' Αἰτναίοιο πάγοιο, ubi Scholl. recte τῆς Αἴτνης ὄρους; nam πάγος sicut αἶπος est i. q. ὄρος. Ceterum Meinekium, quanquam Hermannus adversetur, apud Moschum et Oppianum recte Aetnam tutatum esse, ipsa vox πάγος arguit, quae quo jure de pratis Ennaeis intelligi possit, parum intelligo. Hoc vero loco αἴπεα dicta sunt μακρὰ ut saepe ὄρη, et maxime illa vox commendatur imitatione Nonni, vid. ad vs. 25—27. ἐπάτησε δυσέμβατα νῶτα κολώνης, qui antea Bioneos δρυμὼς per ῥάχιν ὕλης reddit.

Vs. 24. Merito displicuit tradita lectio βοόωσα sequente καλεῦσα. Sed quod Wakefieldius edidit et Schneidewinus Conjectt. p. 168 conjecit, γοόωσα post antecedens κωκύουσα non magis ferri posse videtur. Insuper Bio verborum in αω nunquam formis distractis usus est, sed non contractis, ut IV, 7 ἀσχαλάων, 11. μειδιάων (nam ἀσχαλόων et μειδιόων sine libris edita sunt), VIII, 1 ἀντεράωνται, IX, 8 ἐράω, nec probari potest V, 1 conjectura ἔϑ' ἡβώοντι pro ἔϑ' ὑπνώοντι ubi ἐφυπνώοντι legendum videtur, cf. Hesych. ἐφυπνῶσαι, καϑευδῆσαι. Itaque sententia suadente scripsi μαιῶσα, cf. Arcad. p. 163, 20 (inter contracta) μαιῶ τὸ ζητῶ, Hesych. μαίεσϑαι, ζητεῖν, ἐρευνᾶν · καὶ μαιῶσαι τὸ αὐτό, quae rarius verbum μαιόω pro μαίομαι firmant. Ad sententiam conferatur potissimum imitatio Nonni Dion. 42, 268: εἶπε καὶ αὐτὴν αὐχμηρὴν ἀπέδιλον ἀλωομένην Ἀφροδίτην νυμφίον ἰχνεύουσαν ὀρίδρομον. Simili corruptela apud ipsum Bionem XI, 2 libri ἐπεβώετο habent pro ἐπεμαίετο. — Hermanni emendationem πολλὰ pro παῖδα confirmavit codicis 23. lectio πόδα.

Vs. 25—27. In vulgata lectione interpretes locum ad Adonidis morientis descriptionem retulerunt, quorum recentioribus ne μαζοὶ quidem χιόνεοι (olim ὑπομαζοί) ab Adonide alieni visi sunt. Merito tamen quidam referente Valckenario, plurali μηρῶν offensus est, e cujus conjectura Wakefieldius μηρῶ edidit probantibus Briggsio et Vossio Randgl. p. 106. Alios dictio αἷμα ἠωρεῖτο, cujus interpretes inauditam significationem finxerunt *sanguis erumpebat* vel *prosiliebat*, non minore jure male habuit. Cujus loco Graefius in Ep. Crit. p. 119 et nuper Alph. Heckerus in Schneidewini Philologo V, p. 112 conjecerunt ἠρώησε. Praeierat olim Camerarius; nam huic haud dubie debetur lectio ἠρωεῖτο in Brub. I. II. Xyl. Vit., quo pertinet Xylandri scholion: ἠρωεῖτο, ὥρμα, ἀνεπήδα, ἔστι δὲ πολύσημος ἥδε ἡ φωνή. ἐρωὴ δὲ ὁρμή. γράφεται καὶ ἠωρεῖτο, τουτέστι ἐμετεωρίσϑη ἤγουν ἐκύμαινε. Eandem lectionem Winsemius expressit interpretatione *erumpebat*, quam postea temere ad lectionem ἠωρεῖτο trans-

tulerunt. Hac vero interpretatione Heckerus, ut ipse profitetur, incitatus est, ut suum ἠρώησε conjiceret. Denique Hermannus intellexit, hoc versu versus 23. 24. excipiente, pronomen μιν non posse ad Adonidem referri, sed necessario ad Venerem pertinere; quare persuasit sibi, post vs. 24 versum intercalarem et deinceps sex versus intercidisse, quibus narratum fuisset, quomodo Venus Adonidem moribundum invenisset, quanquam hoc ipsum postea vs. 40 seqq. pulcherrimo loco narratum habetur. Vir insignis cum reliquis mirifice deceptus est corruptis librorum lectionibus αἷμα et μηρῶν, quum nihil apertius et certius esse videatur, quam verbis οἱ δ' ὑπὸ μαζοὶ κ. τ. λ. non Adonidem morientem describi, sed Venerem plangentem. Conferatur potissimum Nonni imitatio in loco de Autonoe Actaeonis filii mortem audiente Dion. 5, 374.

νήλιπος ἀκρήδεμνος ἱμάσσετο πένθεϊ μήτηρ
καὶ πλοκάμους ἐδάϊξεν, ἑὸν δ' ἔρρηξε χιτῶνα,
πενθαλέοις δ' ὀνύχεσσιν ἑὰς ἐχάραξε παρειάς,
αἵματι φοινίξασα· κατὰ στέρνοιο δὲ γυμνοῦ
παιδοκόμων ἐρύθηνε φερέσβιον ἄντυγα μαζῶν.

deinde (quo magis imitatio Bionis appareat) de eadem filium mortuum quaerente vs. 405

φοιταλέοις δὲ πόδεσσι διερχομένη ῥάχιν ὕλης
τρηχαλέης ἐπάτησε δυσέμβατα νῶτα κολώνης
λυσιχίτων ἀπέδιλος.

Adde de plangentibus mulieribus Indorum 24, 162.

πενθαλέοις ὀνύχεσσι χαράσσετο κύκλα προσώπου,
καὶ μεσάτου στέρνοιο διεσχίζοντο χιτῶνες
στήθεα γυμνώσαντες· ἀμοιβαίῃσι δὲ ῥιπαῖς
τυπτομένων παλάμῃσιν ἴτυς φοινίσσετο μαζῶν.

et 18, 331. de ancillis plangentibus ἐφοινίσσοντο δὲ μαζοὶ τυπτόμενοι παλάμῃσιν, tum 46, 279. 47, 189.

Vocem inauditam ὑπομαζοὶ, quae olim legebatur, recte damnaverunt Briggsius, qui τῶν δ' ὕπο μαζοὶ, Meinekius, qui οἱ δέ τε μαζοὶ proposuit, Hermannus in Zeitschr. f. A. W. 1837 p. 232 οἱ δ' ὕπο μαζοὶ scribi jubens, ut postea edidit,

Lobeckius Paralipp. p. 384 et postea Bergkius atque O. Schneiderus οἱ δ ὑπὸ μαζοὶ, quod Ameisius recte recepit. Hermannus intelligi jussit πορφύροντο ὑπὸ τοῦ αἵματος, Lobeckius probante Dindorfio ὑπὸ — πορφύροντο tmesi andacissima et sententiae vim debilitante. Unice vere Ameisius interpretatus est »subter autem mammae — purpureo colore afficiebantur,« nec latuerat Briggsium ὑπὸ στηθέων (vel στήθεσι) intelligendum esse; adeo jam Eobanus Hessus rectissime »et niveae quondam sub pectore mammae,« quem apparet ὑπὸ μαζοὶ scriptum voluisse. Nam στήθη poëta voluit superiorem pectoris partem esse, cf. Pollux 2, 162, ubi superior pars θώρακος dicitur στῆθος, inferior στέρνον, addito ἐπὶ δὲ τοῖς στέρνοις μαστοί. De dativo Ἀδώνιδι *propter Adonidem*, *in Adonidis honorem* cf. Bernhardy Wiss. Synt. p. 86, qui unus sensisse videtur Not. 39, hoc versu planctum de Adonide describi.

Iam satis apparet, quam recte in ed. Teubn. εἷμα et χειρῶν ediderimus pro αἷμα et μηρῶν, quae voces librariorum socordia e praecedentibus huc translatae sunt. Confirmat emendationem εἷμα verbum αἰωρεῖσθαι, quod nunc demum intelligi potest. Rectissime enim et glossa in Im. et Hesychius ἠωρεῖτο interpretantur ἐκρέματο, cf. Theocr. XXII, 51. ὑπὲρ νωτοῖο καὶ αὐχένος ἠωρεῖτο ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων et Herod. 7, 92. αἰγὸς δέρματα περὶ τοὺς ὤμους αἰωρούμενα. Et mirum, quam prope Graefius (ut nunc video) a vero abfuerit, qui sic: »εἷμα posset dici αἰωρεῖσθαι, non αἷμα.« Describitur autem justus Veneris plangentis habitus. Quem quum poëta, ut docuimus supra p. 36 talem finxerit, quali mulieres Adoniazusae utebantur, de his constat e Theocr. XV, 134. λύσασαι δὲ κόμαν καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι στήθεσι φαινομένοις. Erat autem omnino hic habitus mulierum vehementissimo dolore plangentium, cf. Eurip. Phoen. 1496 (de Antigone fratrem mortuum plangente) στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς, Senec. Troad. 69. *veste remissa substringe sinus uteroque tenus pateant artus.* Hanc igitur vestem remissam

describunt verba εἷμα παρ' ὀμφαλὸν ᾐωρεῖτο, nisi quod Venus vestem potius rescidisse quam remisisse existimanda est, cf. Ovid. Met. 10, 722 de Venere Adonidem plangente: *pariterque sinus pariterque capillos rupit et indignis percussit pectora palmis.* Eodem pertinet Sapph. fr. 62. κατθναίσκει, Κυθέρη', ἅβρος Ἄδωνις· καττύπτεσθε κόραι καὶ κατερείκεσθε χίτωνας, et frequentatur de plangentibus κατερείκεσθαι vel καταρρήγνυσθαι τὴν ἐσθῆτα, quibus verbis indicatur, vestem rescissam super cingulum dependere.

Restat ut demonstrem, poëtam sibi Venerem peplo indutam finxisse. Poterat id vel ex epitheto κυανόστολος colligi, quod aegre de tunica pulla intellexeris; etiam Ceres filiam raptam cum luctu quaerens κυανόπεπλος dicitur Hom. h. Cer. 320. 361. 375. 442. Iam μέλαν εἷμα παρ' ὀμφαλὸν αἰωρούμενον etiam facilius peplus, non tunica esse cognoscitur. Ovidio Venerem plangentem peplo indutam fuisse in loco, quem supra attulimus, arguit *sinus* ruptus. Deinde mulieres Adonidem plangentes Venerem imitatae peplis instructae erant, ut apparet e Theocriti verbis κόλπον ἀνεῖσαι, nec minus mulieres plangentes, quas Seneca describit. Nominatim pepli feminarum plangentium commemorantur Aesch. Choeph. 11 cf. 21 seqq., Pers. 122 et saepius, neque alio traxeris Antigonae plangentis στολίδα κροκόεσσαν. Si quis vero opponat, quod Sappho fr. 62. mulieres Adonidem plangentes χιτῶνας κατερείκεσθαι jubet et quod in Nonni imitatione Autonoe ῥῆξαι χιτῶνα narratur et λυσιχίτων appellatur, is meminerit χιτώνων appellatione ex antiquiore usu etiam πέπλους comprehendi, qui nihil aliud sunt quam χιτῶνες ποδήρεις et κολπώδεις, quare Asianorum vestes, quas alii πέπλους dicunt, ab Herodoto χιτῶνες appellantur; vestem Herculi perniciosam Sophocles Trach. 760 πέπλον dicit, mox vs. 771. χιτῶνα; etiam Nonno Dion. 46, 110. 115. πέπλος et χιτών synonyma sunt.

Ceterum pro ᾐωρεῖτο, φοινίσσετο, πορφύροντο praesentia restitui praeeunte Vossii interpretatione et suadente loci tenore; etiam supra vs. 18 librarii praesens in praeteri-

tum corruperunt. Genuinae lectionis indicia praebent primum lectio αἰωρεῖτο in Im., tum hiatus in φοινίσσετο, οἱ δ', quem poëtam articuli forma τοί praelata evitaturum fuisse bene intellexit Ameisius *de art.* p. 3, ipsum hoc τοί reponi jubens. His jam typothetae traditis accepi codicis K. collationem, in quo φοινίσσεται a pr. man.

Vs. 31. In vulgata lectione interpunctio a Wakefieldio proposita et a Boissonadio, Ameisio, Hermanno assumpta, qua αἰαῖ ad ὤρεα λέγοντι trahitur, jam in Ald. II. et Eobani Hessi interpretatione reperitur. Displicet autem distinctio post pedem quintum et sententiae nomine multo etiam magis praestat egregia lectio optimorum librorum, quam recepi. Pulcherrime enim poëta Adonidem et Venerem alternis vicibus defletos fecit; montes Venerem lamentantur, arbores Adonidem, fluvii Venerem, fontes Adonidem, cum eleganti dictionis et ornatus varietate.

Vs. 32. Quum vulgo legatur καὶ αἱ δρύες αἴ τὸν Ἄδωνιν, singulare αἴ ferri nequit, quia hoc praeterquam in αἴ τάλας, αἴ τάλαν in usu fuisse non videtur, cf. Ioann. Al. 32, 24 et Arist. Plut. 706; αἴ Ὑμέναιον, quod olim legebatur vs. 92, recte damnatum est. Hoc loco Ameisius et Bergkius conjecerant καὶ αἶ δρύες αἶ τὸν Ἄδωνιν (in Viteb. est αἱ δρύες, αἴ τ. Ἀ., casu opinor), quos postea recte poenituit; neque enim αἰαῖ dissecari potest. Recepit tamen eam conjecturam Hermannus, quem olim male secutus sum. Quod nunc scripsi καὶ αἱ δρύες αἰαῖ Ἄδωνιν, maxime commendatur Divi interpretatione *et quercus heu heu Adonin.* Cave enim credas, virum tam religiosum simplex αἴ per *heu heu* reddidisse; antiquam lectionem 92. αἴ Ὑμέναιον interpretatus est *heu Hymenaeum.* Similes vero corruptelas interjectionis αἰαῖ in αὐτὰν vs. 88 et in αὗται vs. 95 jam alii sustulerunt.

Vs. 33. Imitatur Moschus III, 2. καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα.

Vs. 35. Flores prae dolore rubescentes neque Pseudo-Theocriti loco Id. XX, 15. satis defendi posse, ubi rosa

potius rore φοινίσσεσθαι dicitur, neque Moschi Id. 3, 5. νῦν ῥόδα φοινίσσεσθέ τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμώνα, recte sensit Hermannus, quanquam Moschi verba mirifico modo interpretatus »quo estis rubro colore, is facite ut langueat.« Non male Longopetraeus: »que l'anémone hélas! que la rose aujourd'hui par un rouge plus sombre expriment leur ennui.» Neque tamen necessarium videtur, ut voce φοινίσσεσθαι color a vulgari diversus significari putetur (rosae haud raro φοινίκεαι, purpureae dicuntur); sed quomodo deinceps hyacinthus suum αἰαῖ proloqui jubetur, quanquam id nunquam non loquitur, ita rosa et anemona, quanquam vulgo rubrae sunt, lugubriter rubere jubentur. Quum enim hyacinthus illud αἰαῖ in Hyacinthi memoriam habere, rosa et anemona propter Adonidis mortem rubere crederentur (cf. Engel. de Cypro II. p. 579.), Moschus ita loquitur, quasi tum demum Bione mortuo illius αἰαῖ et hujus lugubris ruboris justa causa adesset. In hoc vero versu inepte et quilibet flores prae dolore rubescere jubentur et juberentur rosa atque anemona, quae non dolore rubuisse credebantur, sed cruore Veneris et Adonidis rubefactae tristis rei memoriam servasse. Hermannus vero pro ἐρυθαίνεται e conjectura ῥυσαίνεται scribens neque probabiliter finxit flores dolore corrugatos neque reliquas hujus versus offensiones sustulit. Nam primum desideratur significatio in vicinis quibusque addita, quem flores luxerint. Deinde Venus per montes Adonidem lamentans ab hoc loco aliena est, quum de ea re in str. C. satis dictum sit. Denique versum interpolatoris esse, non Bionis arguit appellatio Κυθήρη. Nam pro antiqua forma Κυθέρεια recentiores poëtae aliquoties Κυθέρη dixerunt, ut Antipater Thessalonicensis AP. VI, 209, Epigr. ap. Lucian. Conv. 41, Maneth. 2, 460, vid. Meinek. Anall. Alex. p. 46, sed Κυθήρη vel Κυθείρη (nam ita saepissime libri), quae forma in Anacreonticis frequentissima, ante sextum seculum p. Chr. a nemine usurpata invenitur, cujus quidem aetatem cognitam habemus. Eo enim tempore vixit Julianus Aegyptius, qui

ea forma usus est AP. VI, 19. Plan. 173, neque antiquior fuerit Cynegeticorum auctor, apud quem legitur 1, 39. 238. Ne Nonnus quidem admisit inter tot deae commemorationes, cui Dion. 42, 383 Graefius e conjectura obtulit. E Latinis in Thesaur. Forcell. unicum Manilii 2, 439 exemplum affertur, ubi nunc metro flagitante recte *Cytherea;* sed *Cythēre* aliquoties Ausonius usurpavit Ep. 39. 57. 100; itaque nescio an forma vitiosa a Latinis ad recentiores poëtas Graecos transmanaverit. Vix crediderim mihi quenquam carmen εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν oppositurum, quod Theocrito obtrusum est, quanquam inter ipsa Anacreontica recens, vel fragmentum in Anth. Plan. 210 Iac. Platoni adscriptum (fr. 31. Bgk.), quum in Anth. Pal. auctoris nomine careat. Itaque ejeci versum, quem intulisse videtur, qui in versu sequente mature corrupto subjectum desideraret et Moschei loci memor flores lugentes commemoratos vellet.

Vs. 36—38. Pro ἀνὰ πᾶν νάπος, quod Wakefieldius secundum Aldinae prioris lectionem optime restituit, Hermannus dicit debuisse scribi et edidit πᾶν ἂν νάπος. Neque tamen perspicio, cur ab optimis libris, quorum ductus Wakefieldii lectio accuratissime exprimit, recedi debeat; immo poëta consulto praepositionis collocationem in πάντας ἀνὰ κνάμως et ἀνὰ πᾶν νάπος variasse videtur. Deinde Hermannus recepit Luzacii conjecturam ἀΰτεῖ pro vulg. ἀείδει, quod merito ineptius visum est. Optimorum tamen codicum lectiones οἰκτρὰν ἀείδειν et οἰκτρὸν ἀείδειν genuinae lectionis indicium faciunt, multum a vulgata diversae, qua pro expulso subjecto Κυθήρῃ aliud aptius nanciscimur. Cum οἰκτρὰ ἀηδών, ut restitui, cf. Soph. Aj. 629. οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς, Aesch. Suppl. 59. τᾶς Τηρείας μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου, κιρκηλάτοι' ἀηδόνος, deinde quod luscinia ἀνὰ κνημούς et νάπη versari dicitur, Soph. Oed. C. 672. ἀηδὼν χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις, Arist. Av. 737. Μοῦσα λοχμαία ποικίλη, μεθ' ἧς ἐγὼ νάπαισι καὶ κορυφαῖς ἐν ὀρείαις κ. τ. λ., Parthen. Er. 11. (fr. 32. Mein.) κλάϊεν ἀδονίδων θαλερώτερον, αἵτ' ἐνὶ βήσσῃς Σιδονίῳ κούρῳ περιμυρίον αἰάζουσιν,

cf. supra p. 45., Quint. Sm. 12, 490. κατὰ δάσκιον ἄγκος ἀηδών.

In vs. 37. vulgatam lectionem αἴ αἴ τὰν Κυθέρειαν audaciore correctione natam esse, prodit optimi codicis 23. lectio αἴ αἴ τὰν νότον. Quid Bio scripsisse videatur, conjeci ex Aesch. Suppl. 63, ubi de luscinia ab accipitre e consuetis sedibus pulsa dicitur: πενθεῖ νέορτον οἶτον ἠθέων, ξυντίθησι δὲ παιδὸς μόρον κ. τ. λ., in quibus οἶτον pro οἶκτον Hermannus scripsit, νέορτον pro νέον ipse (Herm. νέοικτον); hoc e glossemate irrepsit, cf. Oed. C. 1507, ubi Scholia νέορτον per νέον interpretantur. Hinc igitur Bioni reddidi: αἰάζει νέον οἶτον ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις, cf. Parthenii locum modo allatum. Vocem οἶτος, de qua parum recte statui solet, Hesychius et Zonaras p. 1431 recte interpretantur per θρῆνος, Theognostus Can. p. 24, 17. per ὀδυρμός. Ea significatio valet Simon. fr. 5. ὁ δ'οἶτος ἔπαινος, ubi male e conj. οἶκτος scriptum, Soph. El. 168. δάκρυσι μυδαλέα, τὸν ἀνήνυτον οἶτον ἔχουσα κακῶν, maxime vero ubi de avibus querulis dicitur. De luscinia accedit Callim. Lav. Pall. 94. γοερῶν οἶτον ἀηδονίδων; tum de halcyone Hom. Il. 1, 563. μήτηρ ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα κλαῖ', Eurip. Iph. T. 1091. ἔλεγον οἶτον ἀείδεις, de ololygone Parthen. Er. 11. ὀλολυγόνος οἶτον ἔχουσα Βυβλὶς ἀποπρὸ πυλῶν Καύνου ὠδύρετο νόστον. Inde οἰτόλινος dictus i. e. αἴλινος Pausan. 9, 28, 8. Eadem significatio latuit in Moschi loco III, 121. ἐγὼ δ'ἐπὶ πένθεϊ τῷδε δάκρυα καὶ τεὸν οἶτον ὀδύρομαι (ita omnes codd. et edd. antt. praeter Iunt., quae δακρυχέων) i. e. cum zeugmate satis excusabili: *ego vero in hoc luctu* (cf. vs. 76.) *lacrimas fundo et tua lamentatione ploro*, h. e. *eo lamentationis genere, cujus tu in Epitaphio Adonidis exemplum dedisti.* Ex hac lamentationis significatione, quae cum interjectione οἶ conjuncta est, altera illa *miserae sortis* derivata est. — Ceterum Moschus loci sententiam imitatus est III, 71 seqq., ubi Meletem fluvium alloquitur: τοῦτο Μέλη νέον ἄλγος — καινῷ δ'ἐπὶ πένθεϊ τάκῃ.

Versum 38 Hermannus ante vs. 37 collocavit, ut hic pro intercalari esset, in illo verba Ἀχὼ δ'ἀντεβόασεν pro parenthesi. Qui sensisse videtur, quam ineptum esset, quod Echo Veneri tot verba resonare fingitur. Nunc vero etiam ineptius, si Echo lusciniae lugubriter cantanti ἀντιβοῆσαι dicatur. Quum vero versus in optimo codice 23. a pr. man. omissus sit, apparet interpolatio; valde enim delectabantur recentiores Graeculi lusibus ab Echone petitis.

Vs. 39. Particula ἂν sententiae vim perdi senserunt interpretes poëtici Eobanus Hessus, qui »quis magnum Veneris non deploravit amorem?« et Vossius »o wer nicht weinte sie?« Sensit etiam Hermannus, sed parum probabiliter scripsit τίς οὐκ αἰαῖ ἀνέκλαυσεν. Nam cur αἰαῖ in fine sententiae positum tolerare nolit, vix intelligitur. Adeo transponendo effecit, ut αἰαῖ cum Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα jungi nequeat, quae verba non minus arcte cohaerent quam αἰαῖ τὰν Κυθέρηαν. Quum vero ἂν in optimis libris non legatur et aperte versus explendi causa additum sit, in ἔκλαυσεν intellexi Aeolicam formam ἐκλάϊεν vel ἐκλαύιεν latere, vid. supr. p. 44, et imperfectum sententiae etiam accommodatius quam aoristus. — Idem Hermannus commate in f. v. posito postea πάχεε scripsit pro πάχεας, apertum vitium correxisse sibi visus. Quo facto sententiae male consuluit. Nam non solum asyndeton affectus plenius est et hoc ipso loco peculiari Bionis instituto conveniens, vid. p. 47, sed effecit adeo Hermannus, imprudens, opinor, ut ἴδε et ἐνόησε potius ad lacrimantem illum pertinerent quam ad Venerem. A πάχεας apodosin incipere intelligitur etiam e mutatione temporum verbi, quum aoristos ἴδεν, ἐνόησεν, ἴδε jam imperfectum κινύρετο excipiat. Conspirat imitatio Nonni Dion. 47, 165 in loco de Erigone patrem occisum per somnum vidente, nisi quod hic apodosin praemisit: παρθενικὴ δ'ὀλόλυζε φιλοθρήνοις ἐν ὀνείροις, ὡς ἴδεν ἕλκεα λυγρὰ καρήατος, ὡς ἴδε δειλὴ λυθρὸν κ. τ. λ.

Vs. 45. Hinc Pseudo-Theocritus XXIII, 45 arripuit τὸ δ'αὖ πύματόν με φίλασον. Utroque loco Ameisius scripsit

τόδ', quod in imitatoris loco ferrem collato vs. 35. καὶ τοῦτο πανύστατον ἁδύ τι ῥέξον; nam amator puerum nunc certe morituro sibi osculum concedere jubet, antea semper negatum. Apud Bionem tradita lectio unice vera videtur, cf. Lucian. V. H. 1, 30 ἡμεῖς μὲν οὖν τὸ ὕστατον ἀλλήλους προσειπόντες καὶ περιβαλόντες ἐμένομεν; quippe Venus ultimum Adonidis osculum flagitat post multa olim accepta.

Vs. 49. 50. Cum tradita lectione φυλάξω comparari potest Achill. Tat. II c. 8. ἐφύλαττον ἀκριβῶς ὡς θησαυρὸν τὸ φίλημα. Haereo autem in additis verbis ὡς αὐτὸν τὸν Ἄδωνιν, quae non satis apte dicta esse videntur pro eo quod desideraveris »Adonidis loco« vel »in aliquod Adonidis erepti solatium.« Neque tamen quidquam mutassem, nisi Moschi locus III, 69, quo hunc respicit,

ἁ Κύπρις φιλέει σε πολὺ πλέον ἢ τὸ φίλημα,
τὸ πρώαν τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα φίλησε.

argueret Bionem φιλάσω vel rectius φιλήσω scripsisse. Librarii a hyperdoricis verbi φιλέω formis saepius ad φυλάσσω aberrarunt, ut Theocr. V, 132 ἐφύλασε in w. H., XX, 36. φύλασσε in 11. Ald. Call, XXI, 54, ubi Divus πεφιλαμένος per *servatus* interpretatur. Hic vero, quum antecedens versus in ἀμέλξω exeat, φιλάσω eo facilius in φυλάξω corrumpi poterat, quod hoc sententiam commodam continere videretur. Ceterum Moschus fingit Venerem Adonidem osculatam esse, quod hoc certe loco apud Bionem non narratur. Deinde e codicibus recepi pronomen σ' sententiae aptissimum.

Vs. 52. Bene Hermannus e conj. Ameisii edidit πὰρ στ. pro καὶ στ. Eadem corruptela in Theocr. Ep. 12 relicta est, ubi sententia flagitante legendum: ὁ τὸν τρίποδ' ὦ Διόνυσε πὰρ σὲ τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς. Vulgo inepte καὶ σὲ.

Vs. 54. Pro αὐτὰ Hermannus audacter ἔμπας edidit. Attamen illud probum. Venus enim hoc dicit: »tu Proserpina *ipsa per te* potentior es quam ego, et insuper nunc omnis mea vis dolore debilitata est.«

Vs. 55. De emendationis καταρρεῖ auctore vid. p. 23 Conjecturam ἐς σὲ καὶ Ἅιδην, quae Vulcanii existimatur, jam H. Stephanus commemoravit in Nott. ad ed. maj. p. LII et ante Stephanum expresserunt interpretationes Eobani Hessi »te namque tuumque maritum omnia pulchra petunt« et Winsemii »ad te et Plutonem devolvitur.« In Varia Lectione editionibus Brub. I. II. Xyl. addita legitur v. l. »pro ἄρῃ ἅδῃ« (sic), Xylandro vero teste ᾅδῃ τινὲς ἀναγινώσκουσιν.

Vs. 57. Pro σὲ φοβεῦμαι, quam lectionem idoneo sensu carere jam alii senserant, recte Ameisius optimam Bergkii conjecturam σεσόβημαι asciverat, quam Hermannus non debebat spernere De σοβεῖν in notius verbum φοβεῖν corrupto dixi in Philol. VII p. 427. Adde quod apud Theocritum II, 137 Iacobsii emendatio ἐσόβησ' pro ἐφόβησ' confirmatur glossa Vat. 2. ἐτάραξε, cf. Hesych. ἐκσεσοβημένοι, ἐκτεταραγμένοι, deinde aliud permutationis exemplum Thesaur. s. v. ἐκσοβέω.

Vs. 58. Aeque Moschus III, 52. Bionem mortuum alloquitur ὦ τριπόθητε, cf. Hymn. in Attin ap. Schneidewinum in Philol. III p. 217. Ἄττι σὲ καλοῦσι μὲν Ἀσσύριοι τριπόθητον Ἄδωνιν et Theocr. XV, 86. ὁ τριφίλητος Ἄδωνις.

Vs. 59. Verba κενοὶ Ἔρωτες, quae vulgo interpretati sunt *inanes, vacui, otiosi Amores*, in dubitationem vocarunt Valckenarius et Wordsworthius ad Theocr. p. 102 pravis conjecturis prolatis. Lobeckius vero ad Soph. Aj. 987 Amores *orbos* intellexit collato Sophoclis loco, ubi κενῆς σκύμνον λεαίνης; probarunt Hermannus ad Ajacis locum et Ameisius, neque aliter vox accepta in Thesauro IV p. 1433. Attamen apud Sophoclem λέαινα κενὴ non est vidua, sed ἐρήμη, quae voces saepe synonymae, i. e. mariti auxilio destituta, neque video, quo jure Amores Adonidis morte praesidio destituti dici potuerint. Quanquam orbi, quasi adolescentulum Adonidem pro patre habuissent, etiam minus apte dicerentur. Multo rectius priores interpretes, quorum mentem Longopetraeus paraphrasi Gallica magis aperuit: »les Amours renonçant à leurs douces coûtumes, inutiles,

oisifs errent dans mon palais.« Κενός synonymum est cum μάταιος; Amores vero in Veneris domo jam inutiles sunt, postquam Adonide mortuo omnes amores inde exsularunt.

Vs. 60. 61. Schierius edidit κυναγεῖς felici sphalmate (nam in versione dedit *venabaris*), quod propagarunt Harlesius (qui item *venabaris*) et Teucherus (hic tamen *venaris*). Vossius in interpretatione vix fortuito usus est praesenti „doch was Verwegener sagst Du?“ Apparet enim, quam in hoc plus insit vigoris poëtici. Quare jam in ed. Teubn. illorum omnium ignarus edideram κυναγεῖς. — Deinde Köchlyi emendationem τί τοσοῦτον firmavit codicis 23. lectio τοσοῦτον. Lectio ἔμεινας vel ob pravos numeros damnanda.

Vs. 62. Quanquam iterativum ἐπαιάζεσκον, quod Hermannus e conj. edidit, a sententia alienum est, attamen Vir Insignis post ὀλοφύρατο recte pro praesenti praeteritum desideravit. Et Andream Divum aoristum legisse colligo ex ejus interpretatione „*sic luxit Venus, illuxerunt amores,*“ eum vero alius verbi atque ἐπαιάζω. Nam αἰάζω vs. 1. 6. 15. per *lamentor* reddidit, vs. 67. per *ploro*, ἐπαιάζουσιν per *conlamentantur* vs. 2, *illamentantur* 6. 28. 88., *postlamentantur* 15. Itaque scripsi ἐπαΰτησαν, cujus loco ab oscitante librario facile consuetum illud ἐπαιάζουσιν repeti potuit. Eodem verbo de epiphonemate Paeanico utitur Callimachus h. Ap. 102. ἐπηΰτησε δὲ λαὸς, ἰὴ ἰὴ Παιῆον, de lamentatione Quint. Sm. 12, 486. πολλὰ κινυρομένη κενεῷ ἐπαΰτεε τύμβῳ. De distinctione cf. p. 37.

Vs. 64—66. Hi tres versus carminis compositionem, ut supra apparuit p. 39 seqq., pessime turbant. Nec desunt aliae offensiones. Multi tradiderunt anemonas ex Adonidis cruore, rosas e Veneris spinis laceratae ortas vel rubefactas esse, vid. Engel de Cypro II p. 574, nemo alius, has ex Adonidis sanguine natas (Engelius enim errore quodam id ab Ovidio narrari tradit Met. 10, 728. Fast. 5, 227, ubi de anemone agitur), neque anemonas e Veneris lacrimis. Deinde Venerem ab ipso Bione Παφίην dictam esse parum credibile est. Nam alienus est ejus nominis usus ab omnibus

antiquioribus, qui voce non usi sunt nisi pro epitheto Veneris, ut Arist. Lys. 566. τὴν Παφίαν Ἀφροδίτην (Pseudo-Platonem AP. 6, 1. Plan. 160 non moror), neque apud bucolicos ullum aliud exemplum reperitur praeterquam Pseudo-Theocr. XXVII, 14. 15. 55, quod carmen satis recentis originis est. Itaque, quanquam jam Hedylus ap. Athen. XI, 486. B. eo nomine usus est, auget tamen interpolationis suspicionem; nam apud recentiores ut in Anthologia et apud Nonnum usitatissimum est. Versuum auctor commemorationem de origine illorum florum cum Adonidis fabula conjunctissimorum desiderasse videtur.

Ceterum quum inde a Valckenario e conjectura Dorvillii editum sit δάκρυον ἁ Π. τόσσον χέει, suadente versu 66 scripsi δάκρυα δ' ἁ Π. τόσσ' ἐκχέει; pluralis propter sequens ὅσσον corruptus est. Quo restituto πάντα eo minus offensionis habet, quod tuetur Apollonius Arg. 1, 1067. καὶ οἱ ἀπὸ βλεφάρων ὅσα δάκρυα χεῦαν ἔραζε, πάντα τάγε κρήνην τεῦξαν θεοί. Neque recte Hermannus simplex verbum usu postulari dicit. Nam apud Platonem Symp. p. 215. E. ἡ καρδία πηδᾷ καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου non est, cur ἐκχεῖν alio sensu accipiatur quam qui huic loco aptus est. Similis vero dictio δάκρυα ἐκβάλλειν satis frequens, maxime apud Euripidem, ut Hec. 248. Iph. A. 451. 477. etc.

Vs. 67. Hermannus delevit hunc versum tanquam ineptum, ubi sequantur, quae consolandae Veneri sint. At sequentia minime ad Veneris consolationem pertinent, quae exeunte demum carmine lamentatione et planctu absistere jubetur. Ceterum cf. supra p. 40.

Vs. 69—71. Locus vulgo male depravatus et sana sententia destitutus. Quid enim, quod interpretes, ut aliquam sententiam efficerent, vulgo στιβάς et φυλλάς de justo Veneris lecto interpretati sunt? Sensit corruptelam Hermannus, sed in tollenda infelicissime versatus est. Nos primum genuinorum librorum et maxime codicis 23. lectiones, quantum fieri poterat, secuti sumus, deinde sententiam totius

loci consuluimus. Apparet autem in vs. 68—74. Venerem commoneri, ne Adonidem in silvis jacere patiatur, sed in lecto conjugali ponat. Iam quum in vs. 69 non lateat vulgatam lectionem ἑτοίμα Calliergi ingenio deberi pro ἐρήμα et interpunctio ante alterum ἐστιν numerorum nomine ferri non possit, haud difficile erat ad intelligendum, ἔστ' ex οὐκ corruptum esse. Quo restituto haec est versus sententia: *„non convenit Adonidi stramentum frondeum, in quo nunc jacet, idque desertum.“* φυλλὰς versu cogente poëta pro repetito στιβὰς posuit. Sequens versus aperte oppositionem continet. Probata Valckenarii verissima emendatione ἔχοι, quam Teucherus recepit, Graefius iteravit, primum hoc dicitur *„lectum potius teneat,“* ubi lectus opponitur stramento. Iam in altera versus parte consuetudo Bionea desiderat repetitionem, qualis est in antecedenti versu, epitheto addito, quo melior lecti conditio augeatur, ut antea stramenti miserior. Libri hic corruptissimi; optimus cod. 23 τόσσον νῦν δὲ νεκρ-, item Ald. I, nisi quod hic νεκρός (νῦν δὲ etiam Ursini libri); reliqui omnes τὸ σὸν et νεκρὸς praebent, pro νῦν δὲ autem τὺ δὲ vel σὺ δὲ, quae metricae correctioni deberi apparet; e τὺ δὲ, quod est in Ald. II, in sequentibus editionibus τὸ δὲ, deinde τόδε factum est. Restitui igitur τ ὸ σ ὸ ν ν ῦ ν λ έ κ τ ρ ο ν, *„eumque tuum ipsius lectum.“*

Facile autem ΛΕΚΤΡΟΝ in illum modum corrumpi poterat, quum librariis νεκρὸς Ἄδωνις in mente haereret. Ceterum in ed. Teubn. volueram τὸ σόν τοι λέκτρον, ubi pro τοι sphalmate τα editum est. Versus 71, cujus vulgata lectio proba est, hoc dicit: »Adonis, quanquam mortuus, tam pulcher est, ut tuum torum non dedeceat.« Lectiones σὺ δὲ — Ἄδωνι — ἐσσι, quibus Meinekius, Ameisius, Hermannus usi sunt, pejorum codicum et correcturam prae se ferunt.

Vs. 72. Vulgata lectio οἷς idonea auctoritate destituta est neque recte se habet ante sequens τοῖς, quare Wakefieldius et Hermannus hoc in οἷς mutarunt, Meinekius ed.

pr. illius loco τοῖς desiderabat. Libri vero accentu produnt, ἐνιαυεν pro infinitivo habitum esse, addicente glossa in Im. superscripta ἵνα ᾖ. Accedit quod secundum constantissimam consuetudinem meliorum codicum Bucolicorum, si illud verbum praeteritum visum esset, potius ἐνίαυε scriptum foret, quia sequens versus consonam in fronte habet. Tenuerunt autem infinitivum omnes editiones ante Stephanum et postea Crispinus, qui φάρεσιν οἷς ἐνιαύεν edidit cum interpretatione »ut in mollibus suis vestibus cubet.« Cum infinitivi vero usu cf. Hom. Od. γ, 349. ᾧ οὔτε χλαῖναι καὶ ῥήγεα πόλλ' ἐνὶ οἴκῳ οὔτ' αὐτῷ μαλακῶς οὔτε ξείνοισιν ἐνεύδειν, Theocr. V, 10. οὐδὲ γὰρ Εὐμάρᾳ τῷ δεσπότᾳ ἧς τι ἐνεύδεν, XVII, 133. λέχος στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρῃ. Quum igitur pro οἷ, quod libri praebent, εὖ restituissem (οι et ευ saepe permutantur), eam emendationem firmare videbatur Divi (cujus versionem postea nactus sum) interpretatio „*depone et mollibus in vestibus ejus dormire*," quem εὖ ἐνιαῦεν invenisse etiam certius crederem, nisi idem aliis quoquelocis οἷ per *ejus* reddidisset, ut in hoc carmine vs. 9. Ceterum φάρεα εὖ ἐνιαύεν sunt stragulae, in quibus bene cubetur, quae opponuntur στιβάδι οὐκ ἀγαθῇ.

Vs. 73. Turpe illud ἐμόχθει jam Eobanum Hessum et Winsemium offenderat, quorum ille »carpebat somnos,« hic »somnum capiebat,« postea Ruhnkenium et Valckenarium. Ἐμίχθη, quod secundum lectionem ἐμόχθη jam a Brunckio ex M. prolatam Vossius conjecit Randgl. p. 149 et in interpretatione expressit „wo er mit Dir in der Nacht zu heiligem Schlafe gesellt war,"deinde Hermannus e sua conjectura edidit, jam confirmatur glossa in M. συνεγένετό σοι.

Vs. 74. Hermannus e conjectura ποθεῖ δὲ στυγνὸς Ἄδωνιν scribens Bioni, eleganti poëtae, vitiosum versum obtrusit, cf. Gerhard Lectt. Apoll. p. 148. Vulgata autem sanissima est, modo cum Ameisio ποθεῖ reponatur, quam lectionem Valckenarius tanquam e conjectura proposuit, quum ex Aldinis peteret posset. Lectus Adonidem desiderare dicitur quamvis tristem adspectu, utpote mortuum e

cruore perfusum; neque aliter voluerat Hermannus in Zeitschr. f. A. W. 1837 p. 232. Etiam Pseudo-Theocritus XXX, 3 Adonidi στυγνὰν χαίταν tribuit.

Vs. 75—78. Hermannus ut recte vidit, hunc locum nondum persanatum esse, ita ipse in emendandi conatu ab eo, quod probabile haberi potest, longe aberravit. Duas enim lacunas inesse affirmans in adnotatione locum in hunc fere modum redintegrari posse opinatus est (ejus supplementa uncis includemus):

βάλλε δέ νιν στεφάνοισι καὶ ἄνθεσι · πάντα σὺν αὐτῷ,
ὡς τῆνος τέθνακε[ν ἐν ὤρεσι καὶ κατὰ κᾶπον
δένδρεα φυλλορόησε] καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη.
ῥαῖνε δέ νιν Συρίοισιν ἀλείφασι, ῥαῖνε μύροισιν ·
[μὴ φείσῃ προχέοισα · τί σοι δύσποτμε μύρων δεῖ;]
ὀλλύσθω μύρα πάντα · τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις.

Alteram lacunam his verbis demonstrare studuit: »Haud facile quis credat, quum modo adspergere unguentis Adonin jussa esset Venus, statim additum fuisse ὀλλύσθω μύρα πάντα, quasi significaretur rem vilem esse unguenta.« Immo poëta hoc dicit »omnia unguenta, quamvis pretiosissima, cum Adonide pereant, cui mortuo nihil pulchri et pretiosi dignum est quod superstes sit,« neque fere aliter intellexerat ipse Hermannus in Zeitschr. f. A. W. 1837 p. 232; lacunae ne levissima quidem suspicio esse potest. Priora corruptiora sunt; sed quae sententia restitui debeat, ipse ille locus de unguentis docet. In iis quae exhibuimus βάντα est *pereuntes* ut βῆναι, βεβηκέναι saepe de hominibus rebusve mortuis vel perditis dicitur, cf. Aesch. Pers. 1002. Soph. Phil. 494. Oed. C. 1678. Eurip. Troad. 835. Suppl. 1163. Nec raro participium βάς in πᾶς corruptum est, ut Theocr. XXII, 142, ubi Boissonadius βάντες pro πάντες restituit, deinde XV 15, ubi legendum

κέπφος μὰν τῆνος τὰ πρόαν (λέγομες δὲ πρόαν θην
βάντα νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδειν)
ἦνθε φέρων ἅλας ἅμιν, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπαχυς.

Emendatam lectionem βάντα pro vulg. πάντα ibi suppedi-

tant Gailii codex O., qui e corr. βᾶντα, et interpretatio ὠνήσασθαι ἀπελθὼν in Scholl. M. — Deinde infinitivus μαράνθην, quem restitui (de forma Aeolica vid. p. 44), pro imperativo μαρανθήτω positus est, cf. Matth. §. 546. Ceterum hinc Moschus III, 32. τὰ δ' ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη, cujus loci recordatio praeter obscuram infinitivi formam effecisse videtur, ut Bionis verba corrumperentur. Apud hunc indicativum ἐμαράνθη tolerari non posse, facile apparet. An quisquam credet, serta et flores, quibus spargebatur Adonis, jam flaccuisse, antequam spargerentur? — Ceterum Moschus sententiam potius loci quam verba imitatus est vs. 34. οὐκέτι γὰρ δεῖ τῶ μέλιτος τῶ σῶ τεθνακότος αὐτὸ τρυγᾶσθαι.

De spiritu aspero nominis Ἅδωνις, quem secundum optimi codicis lectionem ὤλεθ' ἅδωνις et hic et in reliquo carmine restituimus, vid. Meinek. ad Del. Anth. p. 160.

Vs. 79. Vid. supra p. 40.

Vs. 81. Mosch. III, 68. στυγνοὶ περὶ σᾶμα τεὸν κλαίουσιν Ἔρωτες.

Vs. 83. Vulgatam lectionem Meinekius ἄγε in ἆξε mutato ad aptam sententiam revocaverat, quam emendationem probavit Lobeckius ad Buttm. Gramm. II p. 98, recepit Ameisius. Contra Hermannus Amores tela Adonidis non frangere affirmans, sed iis cubile ornare in quo ille jaceat, acclinato arcu, pharetra autem suspensa, et luntinae sphalmate ἔκαιν' usus scripsit: ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔκλινεν, ὃ δ' εὔπτερον ἅπτε φαρέτραν. Sententia, quam effecit, neque per se probabilis videri potest et minus etiam videbitur, si Aetionis pictura conferatur Alexandri et Roxanae nuptias repraesentans, quam descripsit Lucianus Herod. c. 5. In ea enim Alexandro, ut apud Bionem Adonidi, Amores ministrabant, e quibus unus μάλα δουλικῶς ἀφαιρεῖ τὸ σανδάλιον ἐκ τοῦ ποδός ὡς κατακλίνοιτο ἤδη. Alii vero Amores παίζουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῦ Ἀλεξάνδρου, quorum ludos Lucianus lepidissime describit. Apparet, quanta similitudo intercedat inter hunc Bionis locum et Aetionis picturam,

nisi quod hic laetas nuptias pinxit, ille tristissimas descripsit Veneris cum mortuo Adonide. Itaque apud Bionem quoque Amores in mariti telis venatoriis ludunt, sed illudunt potius et insultant, quod illorum quadam culpa Adonidis mors accidisse videatur. Aetio Alexandri nuptias in eum modum pinxit, quomodo Bio vigentis Adonidis justas nuptias descripturus erat. Quum vero Aetio vix ante Hadriani aetatem vixerit, cf. C. O. Müller Archaeol. §. 211, facile suspiceris ei Bionis carmen obversatum esse, nisi forte etiam rectius statuitur, a Bione alterum carmen compositum fuisse, quod ad laetam Adoniorum partem pertineret et justas Adonidis nuptias huic ἀναλόγως describeret. Hoc vero Aetio etiam facilius imitari poterat. Ceterum illam Adoniorum partem Veneris et Adonidis ἱερὸν γάμον celebrasse apparet e Theocr. XV, 127 seqq. et Nonn. Dion. 29, 345, ubi Bybliae mulieres cantare dicuntur Ἀφροδίτην καὶ νεαρὴν φιλότητα παλιννόστων ὑμεναίων, qui locus Engelii diligentiam fugit.

Quum igitur Meinekiana emendatio sententiae aptissima sit, librorum tamen meliorum lectiones poëtam aliud quid scripsisse produnt. Quae vero olim e Iuntinae lectione erueram, jam optimi libri confirmarunt. Πτέρνιζω, quod Suid. Phot. interpretantur λακτίζω, Hesychius ὑβρίζω, est *calco* ut antea βαίνειν ἐπὶ. Imperfectum commendatur praecedente ἔβαινε.

Vs. 84. 85. Secundum vulgarem lectionem ineptissime unus Amor plures lebetes apportare dicitur. Quo offensi Iuntinae lectionem λέβητι χρυσείῳ, a Stephano margini adscriptam, probaverunt Valckenarius et Iacobsius, receperunt Teucherus, Wakefieldius, Manso II., Meinekius, Weisius. Reliquerunt offensionem formae φορέησιν, qua Bionem usum esse parum credibile est. Quare Ameisius, quum in M. K. c. φορέοισιν legatur, praetulit Graefii et Briggsii conjecturam οἱ δὲ λέβησι χρυσείοις φορέουσιν ὕδωρ. At ipsi plures lebetes offensioni sunt, quum λέβης non sit vas ὑδροφορικὸν, sed lavando destinatum. Hermannus igitur edidit οἳ δὲ λέβητι χρυσείῳ φορέουσιν ὕδωρ, quae lectio vera haberi

posset, nisi Iuntinae lectio correctori deberi videretur vulgatae absurditatem sentienti, et genuinorum librorum lectio λέβητος χρυσίη aliud quid suaderet. Hinc erui οἱ δὲ λέβητ' ἐς | χρύσειον φορέοισιν ὕδωρ. Iam Amores aquam in lebetem apportare dicuntur, alter puto frigidam, alter calidam, cf. Od. τ, 387, quae sententia mihi etiam paullo aptior videtur quam altera. Apparet autem quam facile λέβητ' ἐς χρύσειον in λέβητες χρύσειοι corrumpi potuerit, hoc vero in λέβητος χρυσίη (nam οι et η vulgo permutantur), quod a correctoribus in dativum λέβησι χρυσείοις mutaretur. Praepositionis collocatio eadem est quae Theocr. XXV, 30 ἀμφοτέρων ἔξ | τοίχων; de accentu cf. Lehrs Q. Ep. p. 98.

Deinde vulgatam lectionem μηρία λούει intelligunt de cruento Adonidis femore lavato. Offendit vero et pluralis usus, quasi utrumque femur percussum fuisset, et multo etiam magis vox μηρίον, quae nunquam nisi de exsectis femoribus usurpatur, cf. Voss. Epist. Myth. II p. 371; nam etiam Aristophanis locus Thesm. 693, quanquam ambiguitate ridicula quaesita, eodem tendit. Accedit quod optimi libri non λούει, sed λύει habent. Quare scripsi μηρὸν ἰαίνει, quod facile in μηρία λύει (praecedente praesertim ἔλυσεν) corrumpi poterat, si μηρὸν usitata abbreviatione scriptum esset. Ἰαίνειν est idem quod χλιαίνειν i. e. *fovere*, unde χλιάσματα apud medicos Graecos fomenta, cf. Virg. Aen. 12, 420. *fovit ea vulnus lympha longaevus Iapis.* Amores, ut e sequenti potissimum versu apparet, Adonidem curant tanquam vulnere aegrum, non mortuum. Reliquis similia narrantur de Achille mortuo Hom. Od. ω, 44. κάτθεμεν ἐν λεχέεσσι, καθήραντες χρόα καλὸν ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι · πολλὰ δέ σ' ἀμφὶς δάκρυα θερμὰ χέον Δαναοὶ κείροντό τε χαίτας.

Vs. 87. 88. Vid. p. 41.

Vs. 90. Male editores recentiores reliquerunt ineptam vocem ἐξεπέτασσε, quum Brunckius recte Piersoni emendationem ἐξεκέδασσε recepisset i. e. *projiciens dissipavit.* Quid sententia postularet, jam Eobanus Hessus intellexerat,

qui interpretatur »et excussit genialem a fronte coronam.« Librorum lectio e glossemate orta est, cf. Hesych. ἐξεκέδασσεν, ἐξεπέτασεν.

Vs. 91. 92. Quod Ameisius conjecerat et Hermannus edidit ἄειδε· μόνον μέλος, vulgata lectione ἀειδόμενον μέλος nititur, quae ex Ald. II. manavit. Aliud quid suadet codicum lectio ἀειδονέος μέλος, unde Koechly non male ἄειδεν ἑὸν μέλος. Mihi tamen verius videtur, quod edidi Ὑμὰν οὐκέτ' ἀεὶ δονέει μέλος; nam et praesens requiritur et sequentia docent, Hymenaeum suum carmen non omne omisisse. De δονεῖν cf. Pind. N. 7, 81: θρόον ὕμνων δόνει, P. 10, 60. χόροι παρθένων λυρᾶν τε βοαὶ καναχαί τ' αὐλῶν δονέονται. Idem δονέω e cod. 18. (= Vat. E. Ziegl.) restituendum Pseudo-Theocrito XX, 29. κἢν αὐλῷ λαλέω κἢν δώνακι κἢν πλαγιαύλῳ, quum λαλεῖν de tibiae etc. cantu ineptius videatur.

Extremi versus emendatio pendet a sequenti versu. Qui quum vulgo ad sequentia trahatur, pro tradito in libris αἲ Ὑμέναιον ex Higtii conjectura scriptum est ἦ Ὑμέναιος, quod Ameisio merito displicuit. Debebat potius minore mutatione ἦ Ὑμέναιον scribi versu ad praecedentia relato, ut Hymenaeus dicatur jam non semper suum Ὑμήν cantare, sed etiam saepius αἰαῖ τὸν Ἄδωνιν. Neque enim ita sui oblivisci poterat, ut legitimum carmen prorsus abjiceret, et egregie hoc Hymenaei habitu tristium illarum nuptiarum conditio describitur. Vossius quoque ἦ Ὑμέναιον voluit, ut apparet ex interpretatione „weh um den schönen Adonis noch mehr denn um Dich, Hymenäos!" Attamen sententia, quam elicuit, probari non potest. — Iam in extremo versu 91. vulgata lectio ᾄδεται αἲ αἲ Calliergo debetur nec tolerari potest, quum activum necessarium sit. Codicum lectio ἄλλεται αἲ αἲ primum aperte particulam adversativam continet, quam sententia flagitat, deinde aliquod verbum gravius corruptum. Restitui ἐπαείδει, quod aptissimum. Nam et Ὑμὴν ὦ Ὑμέναιε et αἰαῖ τὸν Ἄδωνιν sunt ephymnia, quae ἐπᾴδονται, cf. supra p. 32 et Plutarch. Romul. 15. τὸν Τα-

λάσιον ἄχρι νῦν, ὡς Ἕλληνες τὸν Ὑμέναιον, ἐπᾴδουσι Ῥωμαῖοι τοῖς γάμοις. Vocula καὶ vs. 92, quae quosdam offendit, in hyperbato posita est pro ἐπαείδει καὶ αἰαῖ τὸν Ἄδωνιν.

Ceterum Bio hoc loco Sapphonem imitatus esse videtur. Plotius enim p. 266. Hymenaici dimetri dactylici Sapphici haec duo exempla affert continua serie scripta Sapph. fr. 107. 108. Bgk.: Ὕμεν' Ὑμήναον et ὦ τὸν Ἀδώνιον (ita Bergkius et Schneidewinus foedas corruptelas probabiliter emendarunt). Facile nobis persuademus, illa non casu conjuncta legi, sed in ipso Sapphus carmine Hymenaeum et Adonin eodem modo conjunctos fuisse, quem Bio deo Hymenaeo cantanti tribuit.

Hymenaeum supra diximus hoc loco choregi partes agere. Ita apud Euripidem Iph. A. 1036. τίν' ἄρ' Ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος μετά τε φιλοχόρου κιθάρας συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμοεσσᾶν ἔστασεν ἰακχάν, ὅτ' ἀνὰ Πήλιον αἱ καλλιπλόκαμοι Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν χρυσεοσάνδαλον ἴχνος ἐν γᾷ κρούουσαι Πηλέως εἰς γάμον ἦλθον, quomodo locum scribendum esse (vulg. τίς ἄρ' ὑμ. et ἔστασαν) Marklandius et Musgravius intellexerunt. Utroque loco Hymenaeus στησίχορος est Musarum chorum ducens; Bio commode Gratias addidit.

Vs. 93. Cur Meinekius, Ameisius, Hermannus cum Vulcanio τὸν Κινύραο pro τῶ Κ. ediderint, sufficientem causam non video, cf. Ameis. de artic. ap. Bucol. p. 35.

Vs. 95. Hermannus spreta Piersoni emendatione αἰαῖ pro αὐταὶ, quae Valckenario merito placuerat, a Mansone ed. II. recepta, a Graefio probata, contra pro vulg. ὀξὺ λέγοντι audaciore mutatione scripsit ὀξύτονόν τι, credo quia de sequentibus parum recte judicaverat. Quanquam enim illa lectio Calliergi ingenio deberi videtur, proxime tamen abest a codicum lectionibus corruptis, sententiae aptissima. Nam et ὀξὺς de lugubri lamentatione usitatissimum, et λέγειν, εἰπεῖν, φάναι de epiphonematis frequentantur, vid. vs. 31 et exempla p. 35 allata, praeterea Dion. Per. 704. εὐοῖ Βάκχε λέγοντες. Minime vero Hermannus et reliqui absur-

dum illud ἤ τὺ Διώνα tolerare debebant. Quid enim absurdius cogitari potest, quam si in carmine Veneris planctum et lamentationem propter Adonidem celebrante, quisquam Adonidem multo magis quam Venus lamentatus esse dicatur. Accedit aliquod corruptelae indicium etiam in pronomine τὺ pro σὺ, vid. supra p. 48. Comparato vero illo loco, qui est de Hymenaeo vs. 90. 91, intelligitur Musas pro consueto carmine suo jam multo frequentius αἰαῖ τὸν Ἄδωνιν cantare. Musis vero cum Apolline conjunctissimis et hoc quasi patrono usis quod genus carminis solennius esse poterat quam paean? Quare scripsi ἦ Παιῶνα. Apparet quam facile παιωνα in τιδιωνα, tum τυδιωνα corrumpi potuerit, quum π et τι atque α et δ saepissime permutentur. Nolui autem Παιᾶνα scribere. Formam παιών de cantu etiam Aeschylus praetulit Choeph. 339, ubi Hermannus cum Blomfieldio e conj. παιὰν scribi jussit, et fr. 184, ubi idem e paucis Platonis libris παιᾶν' edidit, quam formam uterque poëta ea ipsa de causa sprevit, quod vulgatior est. Eodem pertinet, quod Theocritus maluit Ionice Πρίηπος dicere quam Πρίαπος.

Vs. 96. 97. Quum vox Μοῖσαι propter praecedens αἱ Χάριτες articulum desideret, Graefius conjecit, Hermannus edidit ταὶ Μοῖσαι; praestat autem χαἰ Μ., quod Meinekius proposuerat. Sequentia verba corrupta variis modis tentata sunt. Hermannus conjecturis Heskini, quae Valckenario placuit, a Brunckio et Wakefieldio recepta, deinde Wyngaardeni, quam Iacobsio probatam Boissonadius et Ameisius receperunt, acerbius vituperatis (credidit autem sphalmati apud Gaisf., quo Wyngaardeno αἱ μὲν ἀνακλαίουσιν tribuitur), ipse scripsit ἀνακλαίουσιν, Ἄδωνι πάρμεν' ἐπαείδοισαι, cui conjecturae praeiverat Vossius Randgl. p. 194 proponens ἀνακλαίοισαι, Ἄδωνι κλῦθι ἐπαείδουσιν, quam lectionem in versione secutus est. Graefius conjecit ἀνακλαίοισαι · Ἄδωνιν ταὶ μὲν, et correctioni ἀνακλαίοισαι, in quam et ipse olim incideram, patrocinatur codex K. et prior lectio codicis M. Attamen omnes illae correctiones inter-

punctione in pede quinto laborant, apud Bionem vix ferenda. Hermannus autem quum recte sensisset, similem his sententiam contineri atque in vs. 42 seqq., non debebat Musas Adonidem invocantes facere ut maneret. Veneri in altero loco id conveniebat, quum Adonis tum moribundus potius videretur quam mortuus. Iam vero mortuus est et apud inferos versatur, ut potius revocandus sit quam retinendus. Eam sententiam levi mutatione restitui: ἀνακλείοισι δ' Ἄδωνιν καί μιν ἐπαείδοισιν. Poëtae enim Alexandrini verbo κλείω pro καλέω utuntur, cf. Thesaur. IV. p. 1616 et maxime ἐπικλείειν *invocare* Apoll. Arg. 2, 700. 3, 553. Ἀνακαλεῖν vero vel ἀνακαλεῖσθαι dicuntur, qui aliquem ex inferis in lucem evocant vel revocant, cf. Apoll. 3, 861. 1212. Aesch. Pers. 624. Ag. 981 seqq. Herm. Revocabatur autem incantationibus, ἐπῳδαῖς, ut fit in Persis et dicitur in altero Aeschyli loco τίς ἂν πάλιν ἀγκαλέσαιτ' ἐπαείδων; Musis omnis cantus peritissimis etiam incantatio bene tribuitur.

Vs. 98. Bene Ameisius orationis colorem Sapphicum notavit, collato loco Sapph. 93. οὐ μὰν ἐκλελάθοντ', ἀλλ' οὐκ ἐδύναντ' ἐφίκεσθαι.

Vs. 99. Quum τὸ σάμερον vulgo ad sequentia tractum sit, Wakefieldius colo post Κυθέρεια distinxit, Vossius etiam rectius commate „Endige heute den Gram, o Paphia, hemme die Trauer" Nam τὸ σάμερον ad utramque partem pertinet, sicut in ultimi versus utraque parte πάλιν repetitum est.

